Cat. 187 (2

Bücher d. um 25 fl. v. wolffheim teuren

1805	6.	—	25 fl
1816		—	36 — 36
1951	57.	—	31 — 6
2075	80	—	37 —
3326	34.	—	26 — 6
3833	35.	—	55 —
3859	74	—	50 —
3875	82.	—	40 —
3883	909	—	90 —
4110	12	—	44.59
4712	89	—	56 —

<36613896760013

<36613896760013

Bayer. Staatsbibliothek

EDV 16485

5 Rote 11475

CATALOGUS
BIBLIOTHECAE
NUMEROSAE
AB INCLUTI NOMINIS
VIRO
HIERONYMO GUILIELMO
EBNERO,
AB ESCHENBACH rel.
OLIM CONLECTAE,
nunc
Norimbergae
a die VIII. mensis Augusti
Ann. MDCCCXIV
publicae Auctionis lege
diuendendae.

Quem
in hunc ordinem redegit, his literarii maximam
partem generis notationibus instruxit, hac
praefatione auxit
GODOFREDUS CHRISTOPHORUS
RANNERUS.

Volumen alterum.

Norimbergae,
A. S. R. MDCCCXIII.

TYPIS BIELINGIANIS.

B S B
MÜNCHEN

07/95/239

Q. D. B. V.

Lecturo P. S.

Tandem aliquando, longiori temporis tractu iam elapso, quam sub prioris Voluminis finem promittendo indicauimus, effectum, ut Tibi, beniuole Lector, Catalogi Ebnerianae Bibliothecae alterum Volumen tradere ualeamus, eaque, qua par est ac decet, Tui obseruantia Tuo illud euoluendi perlegendiue studio ac diligentiae de meliori commendare. Cuius longioris protractiorisue morae causa nequaquam in illius quaerenda autore, sed istorum potius adscribenda tarditati, qui typis illud exprimendum describendumue in se dudum suscepere. —

Volumen ipsum eodem, quo prius, deprehendes elaboratum modo — singulis nimirum scriptis, his in primis, quae sunt alicuius momenti, notationes literarii maximam partem generis substratas, modo breuioris, modo latioris, interdum adeo, praesertim iuniorum in gratiam, diffusissimi argu-

menti, additis locupletum satis autorum ueneran-dis nominibus, quorum iudicia hac in re senten-tiasue sumus sequuti. Atat, ubi adscriptos inue-nies in hoc, praecipue autem in sequentibus h. Cat. Voll. Diariorum literariorum nostri temporis praestan-tissimorum maximeque elegantium, laude dignissi-morum titulos — Allgemeine deutsche Bibliothek — Literatur Zeitung — hasce, uelimus scias, citationes nostrae nequaquam, alienae potius deberi diligentiae, nimirum Viri Perill. Sam. Caroli Christophori Halleri ab Hallerstein rel. qui eiusmodi selectas notationes in uariarum scriptionum, historici praesertim argu-menti, titulis, adcurata lectione obseruatas, in sui aliorumue commodum expressas notare operae pre-tium omnino putauit.

Occupati igitur altero hoc Volumine elabo-rando, respicere ad prius iam elaboratum, iam in publicum datum, nequaquam omittendum sumus arbitrati — bene memores, quod de Apellis per-petua consuetudine Plinius maior *), numquam tam occupatam diem agendi, ut non lineam ducendo exerceret artem — coniiciendo nostras in schedu-las literarias iisque addendo aliqua, quae corrigen-dis, augendis, inlustrandis priori iam Volumine no-tatis obseruatisue queant inseruire, quorumque par-

*) Vid. eius Nat. Hist. Lib. XXXV. cap. 10. Tom. II. pag. 695. Edit. Harduin. Paris. 1741. fol.

tem aliquam communicare Tecum in animum induximus.

Accipe igitur Addendorum et Corrigendorum Vol. I. e multis paucula.

Ad Praef. pag. XVI. not. 9. addend. in ea edit. quae prodiit Hag. Comitis 1652. octon. pag. 103.

Ad praef. pag. XXXI. lin. ult. vulagris mutand. in uulgaris.

Ad praef. pag. XXXIII. obseruandum, eamdem, Annam Mariam, maritatam olim Kressio, — nunc agere desiisse hocce in mortalitatis theatro, denatam d. 14. Febr. ann. 1813. — Sit tibi terra leuis! —

Ad praef. pag. XXXVI. not. 15. Tomm. IV. mutandum in Tom. I.

Ibid. De b. Serzio multa notatu omnino digna ad huius uitam et fata pertinentia enumerat more suo i. e. docte atque eleganter Nostras, Io. Ad. Goez. Rect. olim ad Schol. Sebald. nunc autem Prof. publ. in Gymnas. Norib. celeberrimus nobisque amicissimus in Lit. Blaett. B. II. pag. 401 — 10.

Ad praef. pag. XXXIX. lin. 14. pro qui ponendum quae.

Ad Cat. nr. 1. Conuenit cum hoc nostro I. Cod. primus Bibl. Vffenbach. at diuersus in hoc reperitur, quod melior Iobi pars adsit, ad comma usque 24 cap. XL. excurrens. Cuiuis commati e uestigio, ut et in hoc nostro, subiicitur chaldaica Onquelosi interpretatio. Vid. Cat. Bibl. Vffenb. P. I. pag. 2. in fol.

Ad Cat. nr. 3. Conf. nr. XII et XIII. Cat. Bibl. Vffenbach P. I. pag. 14. in fol. ubi duo Voll. Esther. breuiter descripta.

Ad Cat. nr. 4. Conf. b. Murr. Memorab. Bibl. publ. Norib. P. II. pag. 3—7. ubi hicce Codex rabbin. cuius particulam solum hic a nobis uides indicatam, copiose satis inuenitur descriptus, obuius inter Bibl. Dilherrianae MSpta membranacea.

Ad Cat. nr. 5. Specimina duo Characterum gr. Sec. XII. exhibentur in Graeca D. Marci Bibliotheca Codd. MSptorum per Titulos digesta. Praes. et Moderatore Laurent. Theupolo Eq. ac D. Marci Proc. Iussu Senatus. 1740 fol. mai. Ap. Sim. Occhi Bibliop. pag. VIII–XI. Bini Codd. e quibus haec desumta specimina, adcuratius describuntur, nimir. Cod. LXIV. pag. 43. sq. in cuius fine ann. Chr. 1112. et Cod. CLXXII. pag. 100. cuius sub finem notatus legitur ann. Chr. 1175. — Fortean nostra non omnino uana coniectura, hunc nostrum Cod. gr. Bessarioni Cardinali olim proprium tandem nostra in scrinia literaria migrando deuenisse.

Ad Cat. eumd. nr. 5. Locus Ioanneus I. epist. cap. 5, uerss. 7. 8. de cuius *αὐθεντίᾳ* inde a primis fere rerum Christianarum Seculis uarii uaria, alii alia sensere, scriptisue in publicum editis disputauere, non habetur in Cod. Bibl. Ebner. nobis supra descripto. Notum, ipsum b. Lutherum omisisse hunc in Vers. S. Bibl. uernaculae antiquissimis exemplis. Cognitum praeterea, Erasmum quoque in tertia demum recognitione N. T. Scriptt. ann. 1522 publicata hunc locum ciuitate quasi donasse, textaeque orationi Apostolicae inseruisse, autoritate quidem unius Codicis ap. Anglos reperti, qui tamen et ipse in uoculis aliquot omittendis uariat — at eo praecipue consilio, ut in Annotatt. adfirmat ille pag. 617. Tom. II. ed. Basil. ann. 1522. — ne cui sit ansa calumniandi.

Praetereunda nobis non uidentur, quae habet de h. l. Steph. Curcellaeus in nott. critt. suae N. T. edit. ultimae Amstel. 1699. octon. emissae additis — Verba, ait, inclusa — desiderantur in multis ueteribus Codd. Gr. et Lat. ut et in Versione Syriaca, Arab. et Aethiopica: non agnoscuntur a multis Patribus et desunt in quibusdam uetustis impressionibus. Amplissimum luculentissimumque in haec huius immortalis Viri paucula quidem, at ponderosa uerba, Commentarium nobis inuenisse uidemur in b. Bengelii Apparatu Critico pag. 744—771. ubi omnia, quae negantis, quae adfirmantis partis sunt, argumenta lucido ordine, prolixaque copia proposita inueniuntur. At conferendae quoque b. Semleri Collectiones hist. criticae etc. Voll. II. Hal. et Helmst. 1764. 68. octon. In primis D. Ioh. Iac. Griesbach's Bemerkungen über Hezel's Vertheidigung der Aechtheit der Stelle 1 Ioh. 5. 7. m. Anmerk. und einem Anhange von Hezel, Giefs. 1794. octon. mai. Addimus b. Mori Praelectt. exeget. in tres Ioannis Epistolas. Ed. nou. Lips. 1810. pag. 68–77. ab eoque laudatt. autt. — Denique iuniorum gratia obseruamus, neque Versionem Syriacam antiquiorem, nec Versionem posteriorem aut Philoxenianam hunc habere locum. At transiere demum huius uerba in Gutbirianam et elegantissimam illam Schaafianam, editam Lugd. Batau. 1709. Tomm. II. quatern. mai. e b. Tremellii nott. (Vid. eius Biblia S. tert. cura Franc. Iunii Hanou. 1596 — N. Test. e recens. Iunii. Excud. Ioa. Tornaesius ann. eod. pag. 422. not. 3. Conf. Car. Schaafii N. Test. Syriac. Tom. I. Varr. Lectt. pag. 735. quem reprehendit Wetstenius in Prolegom. in N. T. publicatis c. nott. et adpend. Io. Sal. Semleri Hal. Magd.

1764. oct. mai. pag. 292.) qui hunc uersum fecit Syriacum obs. eod. Moro l. l. pag. 71. et iam ante eum b. Ernesti in Instit. interpr. N. T. Lugd. et Lips. 1765. oct. pag. 111. §. 3. Cap. IV. at in huius libelli uere aurei edit. IV. curata a Ven. Christ. Frid. Ammon. Lips. 1792. oct. pag. 191. — Quibus omnibus addenda paucula, quae disputauit olim Ioa. Clericus contra Martianaeum in Quaest. Hieronym. IX. pag. 339-41. Amst. 1719. octon. minor. it. in Art. crit. P. III. Sect. I. c. XV. pag. 238-41. Amst. 1730. Voll. III. oct. min. — Symbola, quam damus ad supplendam h. Cod. eximii Schoenlebianam descriptionem.

Ad Cat. nr. 17. Eiusmodi Codd. Bibl. lat. uulgat. membr. recensitos uide in Bibl. Vffenb. MSS. P. IV. pag. 2. Vol. I. fol. Vol. II. 4t. at Sec. XIV.

Ad Cat. nrr. 46-54. Notum, Turcarum gentem Surulas Coranicas in collo gestare solitam, ut post alios obseruat Lambec. in Commentarr. de Biblioth. Caes. Vindobnens. libr. I. Vindob. 1665. fol.

Ad not. nrr. 198. 99. De codicis raritate summa, huiusque uero pretio conf. Vogt. pag. 215.

Ad not. nr. 401. De hisce Bibliis germanicis Mogunt. uid. b. d. Murr. in Memor. Bibl. publ. Norib. P. I. pag. 341. sq. ubi adcurate descripta, additis uariis ponderatu dignissimis.

Ad not. nr. 405. Add. Corn. a Beugh. Incunab. typogr. Amst. 1688. Duod. pag. 55. sq. ubi et Durantus scribitur. — Prodiit ann. 1459. e Fausti officina Moguntiae, librorum mobilibus typis fusis impressorum primus, obs. Schoepfl. in Vind. typogr. pag. 33 et 63.

Ad. not. nr. 408. In Corn. a Beugh. Incunab. typogr. pag. 72. obseruatum legitur, autorem proprie dici Ioa. Herlot, usitato, at male Herold.

Ad not. nrr. 413. 14. Conf. b. d. Murr. Memorab. Bibl. publ. Norimb. P. I. pag. 360. sq. — Knoch. hist. crit. Nachr. von der braunschw. Bibelsaml. Vol. I. pag. 715. — Cat. Bibl. Suart. Tom. II. pag. 35. — De Mentelii Bibl. Lat. fol. mai. ann. 1466. Argentor. impressis, sine temporis et impressoris notitia, quam tamen Calligraphus, literas capitales et rubricas totius libri quum coloribus scriberet, calci eius rubro subiecit colore — It. de Henr. Eggesteinii Bibl. lat. Voll. duobus fol. mai. ann. 1468. quae prodiere s. die et consule — Miniarii manus in fin. Psalterii, quod pr. claudit Vol. haec addidit: Explicit Psalterium rel. per Mag. Heinr. Eggestein Ann. LXVIII. Vid. Io. Dan. Schoepflin. Vindiciae typogr. Argent. 1760. Quat. pag. 42. sq. — Id. Schoepfl. in iisd. Vind. pag. 42. Bibl. haec Argentoratensia Ioa. Mentelii literis sculptis impressa contendit. At recte iam Fournerius iunior monuit, fusos fuisse typos, in libro, cui titulus: Observations sur un ouvrage intitulé Vind. Typ. par Mr. Fournier le jeune, a Paris 1760. oct. mai. pag. 25. ut obseruat b. de Murr. in Memorab. Bibl. publ. Nor. P. I. pag. 349.

Ad not. nr. 438 b. Add. Ven. Schelhornii Anleit. für Biblioth. Tom. II. pag. 228. Citatur id opusc. in Ehingeri Cat. Bibl. August. sub nr. XXXVII. pag. 653.

Ad not. nrr. 453 - 55. Eiusd. libri ead. editio reperitur quoque in Ehingeri Cat. Bibl. August. nrr. XLI - XLIII. pag. 490. Vid. etiam Corn. a Beugh. Incunab. typogr. pag. 143. ubi de hoc aut. eiusq. scriptis plura —

Additus et impressionis locus, nimir. Mogunt. a nobis omissus. Id. lib. obuius quoque in Bibl. publ. Nor. Vid. b. d. Murr. Memorab. Bibl. publ. Nor. P. I. pag. 278.

Ad not. nr. 465. Add. Schoepfl. Vind. typogr. pag. 111. cui et Lesseri typographia jubilans cap. 2. pag. 82. citatur. Quod addit Schoepfl. — omisso nomine suo — id nostra notitia abunde refutatum adparet.

Ad not. nr. 467. Vol. membr. in fol. ut uocant, regali, complectitur Iacobi de Voragine s. potius Viragine, qui circa ann. Chr. 1275. sub Imp. Rudolpho I. potissimum claruit, Hist. de Vitis Sanctorum, quae uulgo u. Historia Lombardica s. Longobardica, u. Aurea Legenda Sanctorum, u. Passionale Sanctt. nuncupatur. Vid. Lambec. Comment. de Bibl. Caes. Vindob. lib. II. c. 8. nr. LXIII. pag. 782.

Ad not. nr. 470. In Corn. a Beugh. Incunab. typogr. pag. 117. leguntur haec: Calendaria h. aut. annua ab ann. 1476. sub tit. barbaro — Almanach — uariis in locis sunt excusa, Venetiis praesertim atque Augustae Vindel.

Ad not. nr. 474. c. Conf. Ven. Schelhorn. Anleit. für Biblioth. u. Archiv. Tom. II. pag. 227, ubi Kunne de Duderstatt impressor laudatur.

Ad not. nr. 503. Legenda in pr. quae habet Ven. Schelhorn. in Anleit. f. Bibl. u. Archiv. Tom. II. pag. 129-35. ubi multa scitu dignissima.

Ad not. nr. 510. Id. liber, quod ad argumentum, eiusq. autorem, recensetur copiose satis a b. Wolf. in Bibl. hebr. Voll. II. pag. 1115-1123. quibus addenda, quae de nostro exemplo idem habet in Bibl. hebr. Vol. IV. pag. 545. 46. ubi contra Baelium obseruat, hanc nostram ann. 1485. Norimbergens. editt. esse primam.

Ad not. 522. Huc pertinere uidentur duo Codd. membranacei, a Petr. Lambecio descripti atque excerpti, unum idemque poema de rebus gestis Caroli M. et Rulandi, antiquis rhythmis Germanicis exhibentes — Vid. eiusd. Commentarr. lib. II. pag. 384. sqq. XXIX.

Ad not. nr. 530. a. Eiusd. editionis mentio iniecta quoque in Schoepflini Vindic. typogr. pag. 103. §. 13.

Ad nott. nrr. 561. 62. Conf. Corn. a Beughem Incunab. typogr. pag. 124. ubi et obseruatum legitur, hocce opus uulgo dici Norimb. Chronicon, quoniam ibidem primum prodiit.

Ad not. nr. 563. Huius exempli mentio fit in Corn. a Beugh. Incunab. typogr. pag. 80. ubi et nota addita: esse, qui libros de Imitatione Christi Gersoni adscribant, attamen id plurimorum iudicio fieri minus recte.

Ad not. nr. 566. Id. exemplum laudatur quoque in Corn. a Beugh. Incunab. typogr. pag. 137. editum cura Ioa. de Lapide Carthusiani, ut ibid. additur. Conf. in pr. Blaufus. Beitr. Tom. I. pag. 223. nr. LVII. ubi adcurate descriptum.

Ad not. nr. 586. Conf. Cat. libb. rarr. uniu. Tom. I. pag. 5. ubi simul obseruatur, opus hocce in instructissimis adeo Bibliothecis frustra semper quaeri.

Ad not. nr. 587. Conf. Hennings pag. 34. quem sequitur aut. Cat. libb. rarr. uniu. Tom. I. pag. 35. ubi editio parum cognita audit.

Ad not. nr. 600. b. Vid. Schelhorn. Anleit. für Biblioth. und Archiv. B. II. pag. 228. ubi hoc exemplum una cum aliis pag. 227. adlatis ex hocce typographeio Memming. Dedicationis ope opusculo praepositae, uere exiisse demonstratum inuenies.

Ad not. nr. 624. c. Dicendus potius Widmestadius. Etenim nomen hoc gentilitium cernitur sic impressum in N. Test. Syr. ipsius cura Vindob. ann. 1562. quatern. edito. Functus ap. Imp. Ferdinandum I. Consiliarii et Prouinciarum Austriae Orientalis Cancellarii munere, ut extat in ipsius N. Test. Syr. Iurisconsultus doctissimus et linguarum, hebraicae, syriacae, chaldaicae et arabicae peritissimus — Bibliothecam suam, libris Orientalibus instructissimam, Sereniss. Bojorum Duci Alberto uendidit. Vid. Lambec. Comment. de Bibl. Caes. Vindob. lib. II. cap. 8. pag. 796. sq.

Ad not. nr. 678. De Erasmi, immortalis uiri, uera patria olim alii alia disputarunt. — Censeo, ait Bernard. Costerus in literis ad Th. Ians. ab Almeloueen datis — quod Desid. Erasmus non Rotterodamus, sed Gaudanus sit nominandus rel. Vid. Almeloueenii Amoenitatt. theol. philolog. pag. 44. sqq. Erasmum etenim neutiquam legitimo natum toro, sed spurium, eiusque patrem Pont. Heuterum, sacerdotem, fuisse tradunt. Vid. ibid. pag. 39. 51.

Ad not. nr. 756. Recensentur editiones antiquiores in Blaufus. Beitraeg. Tom. II. pag. 187. sqq. nrr. CXXXII. CXXXIII.

Ad not. nr. 770. Prodiit scriptum hocce et ann. 1521. octon. diuersum ab exemplo nostro — qua de diuersitate ut et de typographi errore uid. Ven. Schelhorn. in Anleit. f. Bibl. Tom. II. pag. 313. sq.

Ad not. nr. 787. Huius edit. et mentionem facit Schoepflin. in Vindic. typogr. pag. 116. not. K. ubi nitide et eleganter impressa dicitur.

Ad not. nr. 802. Rarissimum scriptum. Vid. Ven. Schelhorn. Anleit. f. Bibl. u. Archiv. Tom. II. pag. 305. sq.

Ad not. nr. 855. In primis dignus, qui conferatur b. Denisius in Memorab. Bibl. Garell. pag. 637. not. nro. 522. substrata.

Ad not. nr. 982. Scriptio extremae raritatis. Legatur in pr. Ven. Schelhorn in Anleit. f. Bibl. Tom. II. pag. 306 - 8. ubi et adcur. tituli explicatio.

Ad not. nrr. 1343. 44. Laudatur exemplum hocce in Cat. libb. qui ex Rob. Stephani I. officina libraria prodiere, adiecto Dissertat. epist. Theod. Ianss. ab Almeloueen M. D. de Vitis Stephanorum, celebrr. Typographorum. Amst. 1683. octon. min. pag. 22. De Roberto ipso, huiusque fatis uid. h. ipsam dissertat. Almeloueen. pag. 28 - 49.

Ad not. nr. 1517. a. Add. Ven. Schelhorn. Anleit. f. Bibl. u. Archiv. Tom. II. pag. 311. sq. ubi ea editio, quae Witteb. quatern. prodiit, prima dicitur ac rarissima.

Ad not. nr. 1638. Omnino hic conferenda b. Koeleri dissertatio: de inclyto libro poetico Theurdank. Altd. 1714. quat. cuius argumentum in compendium legitur redactum in Liter. Blätt. Tom. III. Nürnb. 1803. 4. pag. 170. seq. ubi, quod ad figg. haec leguntur uerba: Gewiſs ist es, daſs solche, wenigstens zum Theil von Hanns Schäufelein gefertigt sind, da sich unter einigen sein Handzeichen mit verzogenem Namen findet. —

Ad not. nr. 1771. Arsenius Philosophus olim explicationem in nouem Aristophanis Comoedias exarauit, quo de uidend. Lambec. in Comment. Bibl. Caes. Vindobon. lib. I. pag. 150. — Editio, quae prodiit ex recensione Ant. Francini, Florentiae per haered. Ph. Iun-

tae 1525. mens. Febr. 4. Commentariis antiquis — instructa adparet. Vtrum autem Arsenius horum autor extiterit — claris id expressisque uerbis nequaquam dicitur, uti obseruat Hamberg. in Notitt. Tom. I. pag. 226. — Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα.

Ceterum Tu, beniuole Lector, ut et hoc nostri Catalogi alterum Volumen adcurata perlustratione dignari ne graueris, id est, quod Te etiam atque etiam imus rogatum. Leges, quibus emtores tenentur — Viros honorandos, quibus aequis sub conditionibus exterorum Eruditorum mandata secure possint committi, sub Praef. primo Vol. praemissae finem iam indicauimus, ut adeo nobis nihil uideatur reliquum, quam nos nostrasque curas qualescumque, et in hoc elaborando insumtas, aequitati Tuae indulgentiaeque commendare, addita promissione, — qua quidem stare non sine Numinis fauore nobis expetendo queamus, — Volumine tertio, iam ad typis exscribendum parato, iri absolutum, quae diuina sustentati gratia, hoc altero, ex ordine Historiae sacrae et profanae Scriptorum, enarranda instituimus ac describenda. Vale, nostrisque, si qua sint, studiis faue.

Conspectus
Voluminis secundi.

II. Graeca Literatura et Romana.

a) Scriptores Graeci Veteres nr. 1795 — 1929.

b) Scriptores Latini Veteres nr. 1930 — 2169.

Grammatici, Lexicographi, Glossatores. nr. 2170 — 2222.

Antiquitatum uariarum uarii Scriptores antiquiores, recentiores. nr. 2223 — 2459.

Scriptores miscellanei siue uarii argumenti. nr. 2460 — 2531.

Epistolographi, Oratores, Poetae. nr. 2532 — 2865.

Geographici Scriptores atque Itinerarii. nr. 2866 — 3181.

Atlantes et Mappae Geographicae. nr. 3182 — 3212.

Chronologi et Diplomatici. nr. 3213 — 3400.

Scriptores Genealogici, Heraldici, Numismatici recentiores. nr. 3401 — 3832.

Interpretes Latinitatis medii aeui. nr. 3833 — 3837.

Historiae sacrae et profanae Scriptores.

a) Lexicographi. nr. 3838 — 3858.

b) Collectiones et singulorum Scriptt. Opera.

Sectio I. nr. 3859 — 4681.

Sectionis II. Particula prior. nr. 4682 — 5023.

II. Grae-

II.

Graeca Literatura
et
Romana.

a) Scriptores Graeci Veteres.

In Folio.

1795. Iac. Zabarellae Patau. in Libr. Aristotelis Physicorum Commentarii, nunc primum in lucem editi. Venet. 1601. — 20.

Referendum h. scriptum inter ea, quae non adeo frequenter sunt obuia. Id quod patere uidetur satis superque ex inspectione plurimorum Indd. literariorum, hucusque in publ. lucem emissorum, in quibus de hoc ne uerbulum quidem. Exemplum puriss. omninoque seruatum optime.

1796. *Αθηναιου Δειπνοσοφιςων βιβλ. πεντεκαιδεκα.* Is. Casaub. recens. Adiecti sunt eiusd. animaduers. libri XV. Addit. Iac. Dalechampii lat. interpret. c. nott. marginal. et indd. Ap. Hier. Commelin. A. 1598. 10—12

Exemplum egregii operis omnino purum quidem, at quod uno tamen laborat uitio, nempe tituli typis expressi iactura, qui tamen Volumini inest, calamo non ineleganter restitutus. Edit. luculenta satis atque optima.

Vid. Hambergeri Nachr. T. 2. p. 472. seq. Cat. Bibl. Bun. T. I. Vol. I. p. 184. In Cat. Rinq. citata inuenitur edit. Lugd. ann. 1657 fol. quae itidem praeter text. gr. etiam tralationem Dalechampianam, notae nequaquam optimae, cum animaduerss. Isaaci Casauboni non satis laudandis exhibet.

1797-98. Demosthenis et Aeschinis Opera, c. utriusq. Vita, et Vlpiani Comment. nouisq. Scholiis ex quarta recognitione, Graecolatina, Variis Lectt. adaucta, Annotatt. illustrata per Hieron. Wolfium. Basil. ex offic. Heruag. 1572. Tom. I et II.

Exemplum praestans, omninoque habitum optime. Obiter tantum huius mentionem facit Hamberg. in Nachr. T. I. p. 292. ubi proprie sermo de exemplo, quod prodiit Aurel. Allobrogum ap. Petr. de la Rouiere, 1607. fol. in quo tamen desunt multa, quae nostram ornant Basileensem editionem.

1799. a) Διοδωρου του Σικελιωτου Βιβλιοθηκης ιϛορικης βιβλοι πεντεκαιδεκα εκ των τεσσαρακοντα. Ann. 1559. excud. Henr. Stephanus.

Stephan. h. aut. exemplum Bibliographis iure meritoque perrarum admodumque elegans dicitur. Vid. Freytag. Adpar. T. II. p. 1300. e quo h. iudicium, ueritati prorsus consentaneum, deduxit atque suo Catal. librr. rar. uniuers. inseruit Bauerus uel quisquis eius fuerit autor collectorque. Vid. Suppl. Tom. II. pag. 18.

Add. Hambergeri Nachr. T. I. p. 573. Auctior nim. Laurent. Rhodomani annotatt. prodiit haec edit. Hanou. typ. Wechel. ap. Claud. Marnium et haeredes Io. Aubrii 1604. Fol. Etenim praeter nott. Steph. leguntur in hac etiam illae Rhodomanianae.

Nostrum quidem exemplum optime habitum, si subnotationes non cures, quae in orationis serie hinc atque inde occurrunt.

Editioni huic ab ipso Stephano uaria sunt addita, quae eius praestantiam admodum augent, quaeque ipse fere sub operis eximii finem, nim. pag. 798. enumerat, primum ex posterioribus Diodori libris, qui non extant, (extare certe non creduntur) excerpta — deinde libri eius XVII. ex Arriano et Curtio supplementum. — Postremo eius in ipsum Diodorum annotationes.

b) Gentium et Familiarum Romanarum stemmata. Rich. Streinnio auct. Ann. 1559. excud. Henr. Stephanus.

Inter libros admodum raros non infimum tueri locum uidetur hoc exemplum. Vid. Cat. librr. rar. uniuers. Suppl. T. II. p. 345. ubi tamen Steinii, falso positum aut. nomen, mutandum in Streinnii. Excitatur hicce lib. perrar. etiam in Cat. Rinq. p. 255. nr. 1888. it. in Bibl. Feuerl. T. I. p. 153. nr. 1597.

1800. Diodori Siculi Bibliothecae histor. libri XV. Adiecta ex iis libris, qui non extant, fragmenta quaedam. Sebast. Castalione totius operis correctore, partim interprete. Praeterea interiecta Dictys Cretens. et Daretis Phrygii de bello Troiano historia etc. In fin. Basil. p. Henr. Petri, m. Aug. A. 1559.

Libris Diodori XV. additi sunt liber XVI. usque ad libr. XX. ad historiam continuandam in gratiam lectorum. Adiecta etiam adparent in operis clausula quaedam fragmenta. Exemplum ipsum bene seruatum, nec frequenter nimis obuium. Vid. Goetzii Memorab. Bibl. Dresd. T. II. P. V. p. 404. Laudatur quoque in Bibl. Feuerl. T. I. p. 46. nr. 414.

1801. a) Ηροδοτου Αλικαρνασσηος Ιϛοριων λογοι Θ, επιγραφομενοι Μουσαι. Του αυτου Εξηγησις περι της Ομηρου βιοτης. Cum Vallae interpret. Latina ab Henr. Stephano recognita. It. c. iconibus structurarum ab Herodoto descriptarum. Ctesiae quaedam de reb. Pers. et Ind. Edit. sec. Excud. Henr. Stephanus Ann. 1592.

Exemplum libri, cuius diligens atque adcurata lectio Theologo etiam ad intelligentiam Scriptorum V. T. propheticorum pernecessaria laudatur, admodum praestans ac rarum, idque optime habitum et omnino purum. Vid. Baumgart. Nachr. T. VIII. p. 169. seq. Cat. librr. rar. uniu. Tom. II. pag. 102. Inter Stephan. Herodoti editt. secunda. Vid. Hamberg. Nachr. T. I. pag. 141. ubi et obseruatur, notationes ab Steph. in Herod. promissas, numquam exiisse in publicum.

b) *Θουκυδιδου περι του Πελοποννησιακου Πολεμου Βιβλια οκτω.* Iidem lat. ex interp. Laur. Vallae ab Henr. Stephano recognita, et ab Aemil. Porto passim expolita. Francof. ap. hered. Andr. Wecheli 1594.

Quae hoc exemplum maxime uidentur commendare, sunt Amil. Porti, Fr. P. Cr. F. Annotatt. in obscurissimos quosque Thucydidis locos, Graece scriptae, quibus non raro Graeca scholia corriguntur. Sub finem operis etiam additi Fr. Porti Cretensis in Thucydidem Commentarii nequaquam spernendi. Denique ut antecedens, sic et hoc exemplum omnino purum satisque bene seruatum reperitur. Vid. Hamberg. T. I. p. 188. Bibl. Rinq. p. 534. nr. 4377.

1802. Les trois premiers Liures des Histoires d'Herodote — nouvellement mis de Grec en Francois, par Pierre Saliat. A Paris. 1551.

1803. a) Fl. Iosephi Historien und Bücher etc. c. figg. ligno incis. In fin. Getr. zu Strafsb. d. Theodos. Rihel 1581.

b) Egesippi fünff Bücher: Vom Iüdischen Krieg. Ibid. per eumd. ann. eod. ut legitur in tralationis fine.

1804. Photii Bibliotheca e Graeco lat. reddita, Scholiisque illustrata, op. Andr. Schotti. August. Vindel. ad insig. pinus An. 1606.

Vid. Mart. Hanquii de Byzant. rer. Scptt. P. I. pag. 269. Hamberg. Nachr. T. III. p. 657. ubi de Schotti vers. iudicium, autorque indicatus, qui hac de re pluribus.

Exemplum bene seruatum.

1805. a. *Πλατωνος απαντα τα σωζομενα.* Ex Ioa. Serrani interpretatione, perpetuis eiusd. nott. illustrata. Eiusd. Annotatt. in quosdam suae illius interpretationis locos. Henr. Stephani de quorundam locorum interpretatione iudicium, et multorum context. gr. emendatio. Excud. Henr. Stephanus. Voll. II.

In fin. praef. cuius aut. Ioa. Serranus, legitur ann. 1575. notatus. Nostrum exemplum habet hinc inde miniatula cera notata et obseruationes pauculas, calamo margini foliorum adscriptas. Ceterum optime seruatum exemplum editionis rarissimae interque antiquiores praestantis admodum, quam textus correctus, typorum elegantia, in primisque Henr. Stephani Annotatt. literatis graecaeque linguae studiosis hominibus iam dudum satis superque commendarunt. Henr. Stephani Annotatt. in fin. Vol. I. leguntur.

Vid. Ind. Edit. Bipont. quae ad edit. Henr. Stephani est expressa, doctisque hac nostra aetate maxime in usu, quaeque excitatur in Ill. Sartorii Cat. Bibliogr. Bibl. Acad. Theres. Vol. X. p. 225. seq. Add. Hamberg. Nachr. Tom. I. p. 240. At conf. etiam Io. Fabricii Hist. Bibl. Fabr. P. III. p. 189. nr. XXXVI.

1807. a) Plutarchi Opus, quod Parallela et Vitas appellant: Guil. Xylandro interprete, c. annotatt. eiusd. et ind. copioso. Heidelb. excud. Ludou. Lucius. 1561. 1 —

Exemplum bene seruatum. Hinc atque inde tantum subnotata adparent.

b) Poetae Graeci Vett. Tragici, Comici, Lyrici, Epigrammatarii, additis Fragmentis, gr. et lat. in unum redacti corpus. Colon. Allobrog. typis Petr. de la Rouiere A. 1614. 4 . 50

Exemplum operis raro obuii purum ac optime seruatum.

1808. *Πολυβιου Ιςοριων τε σωζομενα.* Isaac. Casaub. emendauit, Lat. uertit et Comment. illustrauit. — *Αινειου Τακτικον τε και Πολιορκητικον υπομνημα, περι του, πως χρη πολιορκουμενον αντεχειν.* Cum nott. Isaac. Casauboni et lat. interpret. Typ. Wechel. 1619. 11 —

Exemplum optime seruatum editionis elegantis atque adcuratae, quam doctissimi quique, Boeclerus nominatim, iam dudum in pretio habuere, in primis ob Casaub.

uers. et comment. quaeque etiam typis repetita extat Lips. 1764. T. 3. c. praef. b. Ernesti. Vid. Ill. Sart. Cat. Bibl. Theres. Vol. X. p. 234. Inpr. conf. Ill. Meuselii Bibl. hist. Vol. IV. P. I. p. 243. 44. Add. Hamberg. Nachr. Tom. I. p. 385. At uid. quae collegit Io. Fabr. in Hist. Bibl. Fabr. P. VI. p. 231. sq.

1809. Procopii Caesar. Ανεκδοτα. Arcana Historia, qui est liber non. Historiarum. Ex Bibl. Vatic. Nic. Alemannus protulit, Lat. redd. Notis illustrauit. Lugd. 1623.

Exemplum omnino purum et optime seruatum. Vid. Corpus Hist. Byzant. edit. Venet. cui et hae Alemanni notae insertae, Tom. II. p. 341. Conf. Ill. Sartorii Cat. Bibl. Theres. Vol. VI. p. 501. et Hamberg. Nachr. T. III. p. 411.

1810. Geographiae Claud. Ptolemaei Libr. VIII. a Bilib. Pirckheymero translati ac commentar. illustrati etc. In fin. Basil. ex offic. Henr. Petri, m. Martio A. 1552.

Exemplum satis bene seruatum. Vid. Cat. Vffenb. T. I. p. 612. nr. 50.

1811. Stephani Byzantini Gentilia per epitomen, antehac περι πολεων de urbibus inscripta c. lat. vers. et integro commentar. Abrah. Berkelii. Lugd. Batau. 1688.

Edit. optimae optime seruatum exemplum. Vid. Cat. librr. rar. uniuers. Suppl. T. II. p. 342. Cat. Vffenb. Tom. IV. p. 511. nr. 42. Hamberg. Nachr. Tom. III. p. 277. Io. Fabricii Hist. Bibl. Fabr. P. II. p. 368. nr. LXXV. Add. quoque nota in Cat. Bibl. Rinquianae num. 1431 subiecta pag. 212.

1812. Lucae Holstenii Notae et Castigationes postumae in Stephani Byzantii Εθνικα — editae a Theod. Ryckio. Lugd. Batau. 1684.

Exemplum hocce libri admodum rari nomine ac titulo insignitur in Cat. Neaul. pag. 25., e quo hanc literariam notit. in suum Cat. librr. rar. uniu. deriuauit

Bauer. uel quisquis huius fuerit autor. Vid. Suppl. T. II. p. 148. et Hamberg. Nachr. T. III. p. 278.

1813. Ioa. Stobaei Sententiae Gr. et Lat. Conr. Gesnero, Med. Tigur. interpr. Ed. tert. In fin. Tiguri ap. Christoph. Frosch. A. 1559. m. Aug. 11 —

Exemplum edit. tertiae eiusque rarae optime seruatum. Vid. Cat. librr. rarr. uniu. T. IV. p. 124. Hamberg. Nachr. T. 3. p. 280. seq.

1814. Loci communes sacri et profani sententiarum omnis generis per Ioh. Stobaeum etc. in unum Vol. coniuncti. Gr. et lat. Francof. ex offic. Andr. Wecheli 1581. 1 —

Exemplum purum beneque seruatum editionis rarae et adcuratissimae, iud. Bunem. p. 58. quem sequitur, transcripto iudicio, Cat. librr. rarr. uniu. T. IV. p. 124.

1815. Strabonis Rerum Geograph. Libri XVII. Gr. c. Isaac. Casauboni Commentariis, Guliel. Xylandri Vers. lat. Fed. Morelli Obseruatiunculis et Indd. Lutet. Paris. 1620. 5. —

Exemplum optime seruatum. Vid. Hamberg. Nachr. Tom. I. p. 588.

1816. Στραβωνος Γεωγραφικων Βιβλοι ιζ. Cum nott. integris G. Xylandri, Is. Casauboni, F. Morellii etc. Selectis ex scriptis P. Merulae, I. Meursii etc. Subiiciuntur Chrestomathiae graec. et lat. Amstelaed. 1707. 36-36

Hanc omnium praestantissimam operis Geographici Strabonis, quod Ill. Meuselio (Vid. Bibl. hist. Vol. II. P. II. p. 25.) iure optimo immortale dicitur, editionem curauit, ut e praefat. patet, eruditiss. elegantissimusque simul olim, quum in uiuis esset, Medicus ac Polyhistor ap. Batauos celeberrimus, cuius nomen solum iam satis huic libro adferret commendationis, nisi etiam insuper typorum elegantia summa, chartae omnimoda puritas, notationumque omnis generis maxima ubertas amoenaque uarietas accederent, eius immortalis Viri non laudanda satis diligentia procuratarum congestarumue. Habes hic, quae optimi quique atque hoc in genere exercitatissimi uiri

ad illustrandum explicandumque Strabonem umquam cogitauere atque in suis monumentis posteritatis in usum scripta reliquere. Verum his, quae in notis textae orationi subiectis saepius late satis explicuit, nondum contentus, adiunxit sub operis finem etiam Addenda, plures paginas iterum implentia. Vt uno dicamus omnia uerbo: haecce praestantissima omnibusque fere numeris absoluta editio Condus promus ueteris Geographiae graecaeque literaturae posse dici jure meritoque uidetur.

Vid. Cat. Bibl, Vffenb. T. IV. p. 511. nr. 41. Hamberg. Nachr. Tom. I. p. 588. seq. in pr. Histor. Bibl. Fabr. P. II. p. 366. nr. LXXIV.

6—6 1817. 18. Suidas. Graec. et Lat. Opera et studio Aemil. Porti. Colon. Allobrogum. Ap. Petr. et Iac. Chouët. A. 1619. Voll. II.

Exemplum editionis praestantis ac rarioris, nostris praesertim in terris, neque iis spernendae negligendaeue qui optimam ac splendidissimam, a Kustero procuratam, admodum auctam, et Cantabrigiae 1705. fol. typis nitidissimis expressam tribus Tomm. absolutam utendam praesto habent. Nam in hac aliqua omissa, quae ab huius literaturae peritis inlubenti animo desiderantur.

Vid. Catal. librr. rarr. uniu. T. IV. p. 134. Cat. Vffenb. T. I. p. 695. nr. 43. De hac et de illa uid. Hamberg. Nachr. T. IV. p. 187. 88.

1—40 1819. a) Thucydidis de Bello Peloponnesiaco libr. VIII. Lat. ex interp. Laur. Vallae, ab Henr. Stephano recognita, et ab Aemil. Porto repurgata. Francof. ap. haered. Andr. Wecheli 1594.

Vid. Hamberg. Nachr. Tom. I. p. 188.

b) Daniel. Heinsii Panegyricus Gustauo M. consecratus. Lugd. Bat. ex offic. Elzev. 1633.

c) Liberatae Saxoniae, auspiciis ductuque Gustaui M. et Saxon. Electoris fuso — Caes. Exercitu, Solenne, iterato celebratum ab Aug. Buchero in Wittenb. Acad. Lugd. Bat. 1634.

d) Lebendiger Regenten Spiegel d. Ioh. Necker. I. V. Doct. Gedr. zu Halle in Sachs.

Exempla bene seruata.

1820. Ξενοφωντος τα σωζομενα βιβλια c. Annotatt. Henr. Stephani. Edit. sec. A. 1581. Excud. Henr. Stephanus.

Exemplum bonae conditionis, nisi quod ei hinc atque inde, praesertim in ea Voluminis parte, quae Lat. uersionem continet, paucula ab antiqua manu adscripta. Editio praestans, quaeque inter rariores merito iure locum tenet nequaquam infimum. Vid. Hamberg. Nachr. T. I. p. 212.

In Quarto.

1821. Aristotelis Organum. Gr. lat. Iul. Pacius recensuit — conuertit — illustrauit. Acc. eiusd. Pacii in uniuersum Organum Commentar. Analyt. Edit. sec. Francof. ap. haered. Andr. Wecheli 1597.

Conf. Hamberg. Nachr. T. I. p. 275.

1822. Αριϛοτελους Φυσικης ακροασεως βιβλια Θ. — Περι ουρανου Δ. — Περι γενεσεως και Φθορας Β. — Μετεωρολογικων Δ. — Περι κοσμου Α. — Περι ψυχης Γ. — Περι αισθησεως και αισθητων βιβλ. Α. — Περι μνημης και αναμνησεως Α. κ. τ. λ. Gr. et lat. c. uarr. lectr. in cuiusque tractatus fine. Francof. ap. haered. Andr. Wecheli 1584.

Secundum praefat. officina Wechel. in hac edit. procuranda usa est Frid. Sylburgii opera. Exemplum bene seruatum. Hinc inde tantum quaedam notata, paucula adscripta ad libri marginem. Operis uniu. Pars tantum. Vid. Hamberg. Nachr. T. I. p. 272. seq.

1823. Aristotelis Politicorum libri octo c. perpet. Dan. Heinsii Paraphrasi, emendat. editi, nott. illustrati, aut. Seu. Christoph. Olpio. Ien. 1660.

In fin. operis, quae de uariis Rebus publicis fragmenta citantur, addita. Exemplum purum.

1824. Les Cesars de l'empereur Iulien, traduits du Grec. avec des Remarques et des Preuves illustrées par les Medailles et autres anciens Mónumens. A Paris 1683.

Conf. Hamberg. Nachr. T. II. p. 754.

1825. Les Oeuvres de Lucian de Samosate, Autheur grec. De nouveau traduites en Francois et Illustres d'Annotations par I. B. (audoin) A Paris.

1826. Philodem von der Musick. Ein Auszug aus dessen viertem Buche. Aus d. Gr. einer Herkul. Papyrusrolle übers. von Christ. Gottl. von Murr. M. zwo Kupfertafeln. Berl. 1806.

Exemplum, in charta scriptoria expressum, quodque in fronte editoris manum ostendit.

1827. Polybii — Diodori Sic. — Nicolai Damasceni — Dionysii Halicarn. — Appiani Alex. — Dionis et Ioannis Antiocheni Excerpta ex Collectaneis Constantini Augusti Porphyrogenetae. Henr. Valesius Gr. edidit, Lat. uertit, Notisq. illustrauit. Paris. 1634.

Excerpta de uirtutibus et uitiis, vulgo Excerpta Peiresciana dicta. Conf. Hamberg. Nachr. Tom. I. p. 386. Scripti admodum rari omnino purum exemplum.

1828-36. Les Vies des Hommes illustres de Plutarque, traduites en Francois, avec des remarques hist. et critiques. Nouvelle edit. revuë, corrigée et augmentée par Mr. Dacier. Tom. I — IX. A Paris. 1734.

Exempli nostri elegantissimi Voll. omnia optime habita, et integumento admodum splendido inuoluta. Vid. de hoc ipso Dacierianae tralationis exemplo Ill. Sartorii Cat. Bibl. Theres. Vol. VI. p. 594. ubi, duce de Bure, opus raritatis nota insigniendum dicitur. Add. Hamberg. Nachr. T. II. p. 298.

1837. La prima parte delle Vite di Plutarco. Tradotte da M. Lodovico Domenichi. In Vinegia appresso Gabriel Giolito de' Ferrari 1560.

1838. Fragmentum Stephani Byzantini Grammatici de Dodone c. triplici Lat. uers. et academ. exercitatt. Iac. Gronouii. Lugd. Bat. 1681.

Conf. Cat. Vffenb. T. II. p. 43. nr. 143. (4). Hamberg. Nachr. T. III. p. 279.

1839. a) Themistii Orationes sex Augustales, Gr. Lat. conuer. a Georg. Remo c. eiusd. nott. Amberg. Palatin. 1605.

b) C. Plinii Sec. Panegyricus. A Matth. Bernegger ad publ. dissertat. propositus — edit. a Ioa. Iac. Stockher. Argent. 16[illegible].

Acc. uel. potius adpactae sunt aliae dissertatt. inter quas Nic. Rittershusii de feminis hirsutis et sua sponte foecundis — Nihusii Epist. philologica excutiens narrationem quandam Pomponii Melae de nauigatione Hannonis al. eiusmodi argumenti.

1840. Xenophontis Vita Cyri Reg. Pers. atque disciplina libri VIII. in serm. lat. conuersi stud. Ioach. Camerarii c. eiusd. annotatt. Paris. Ap. Andr. Wechel 1572.

1841. Hieron od. die wahre Beschaffenheit des königl. Lebens aus d. Griech. des Xenophons ins Teutsche übers. von Max. Rud. Heluetius. Samt Vorr. Chr. Gottl. Schwartzens. Nurnb. 1736.

Exemplum textu graeco instructum et optime seruatum. Et hanc tralationem inseruit Hamberg. Notit. Tom. I. p. 215.

In Octauo.

1842. Appian Alexandrin des Guerres des Rommains Liures XI. A Paris 1552.

1843. Aesopi et aliorum fabulae A. 1558. In fin. Norimb. ap. Valent. Neuberum.

1844. Fabulae Aesopicae stud. Ioach. Camerarii Pabe. Lips. In fin. impr. haered. Ioh. Steinmanni. A. 1589.

1845. Agapeti Diaconi Scheda regia ad Imp. Iustinianum c. nott. M. Iac. Brunonis, adaucta schol. pluribus ab h. filio. Lips. 1669.

Editio quidem antiquior, at optime habita.

1846. Αππιανου Αλεξ. Ρωμαικα. Alex. Tollius emend. et Henr. Stephani et doct. quorund. Virr. sel. Annotatt. adiecit. Amst. 1670.

Editionis optimae elegantissimaeque exemplum uenustum, beneque seruatum. De hoc exemplo conf. Hamberg. Nachr. T. II. p. 317. ubi titulus plenissime expressus.

1847. a) Appiano Aless. delle guerre ciuili de' Romani Tradotto da M. Aless. Braccio. In Vineg. 1584.

b) Tre libri d'Appiano Aless. cioe' della guerra chei Romani fecero in Ispagna — — Nouamente tradotti di Greco in Ital. dal Sig. Girolamo Ruscelli. In Vineg. 1584.

c) Appiano Aless. delle guerre de' Romani, cosi' esterne come ciuili — con l'historia della guerra Illirica etc. — tradotta in Ital. dal Sig. Girol. Ruscelli. In Vineg. 1584.

1848. 49. Aristotelis Operum noua edit. Graec. et Lat. Tom. I. Aurel. Allobrog. 1607. Tom. II. ibid. 1606.

1850. Paraphrasis in uniuersum Aristotelis Organum c. adnotatt. ad loca obscuriora. Auct. Anton. Scayno Salodiensi. Denuo edit. et ab Auct. ualde collustrat. Vrsell. 1603.

1851. Mich. Piccarti Franci, Prof. Norici, in Polit. libr. Aristotelis Commentar. Lips. 1615.

1852. Oberti Giphanii Commentarii in X. libr. Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum. Francof. 1608.

1853. Eiusd. Commentarii in Politicorum opus Aristotelis. Ibid. eod. ann.

1854. Aristotelis Ethicorum ad Nicomachum libr. X. gr. c. lat. uers. et commentar. Ant. Riccoboni. Francof. ap. hered. Andr. Wecheli 1596.

Multa huic exemplo adscripta, multaque adlita. De hac edit. uid. Hamberg. Nachr. T. I. p. 278.

1855. a) Aristotelis de Natura, aut de rerum principiis libr. VIII. Ioachimo Perionio interpr. c. eiusd. obseruatt. Acc. naturalis scientiae Compendium ex Aristotele al. Hermol. Barbaro aut. Conr. Gesneri opera mendis purgatum. Basil. p. Ioa. Oporin. In fin. 1552. — 6

b) Aristotelis de Coelo libr. IV. eod. Perionio interpr. c. eiusd. obseruatt. Basil. p. Io. Oporin. In fin. 1553.

Vtrumque exemplum omnino purum optimeque conseruatum.

1856. Aristotelis Rhetoricorum libri tres: Prior. duo M. Ant. Mureto, tert. M. Ant. Maioragio interprett. Col. Agripp. 1594. — 24

Multa hinc atque inde calamo non indocto addita.

1857. Aristotelis Ethicorum ad Nicomachum libri decem. Ioa. Argyropylo Byzantio interpr. c. Comment. Donati Acciaioli Florent. Lugd. excud. Petr. Fradin 1554.

Exemplum optime habitum.

1858. Aristotelis et Xenophontis Ethica, Politica et Oeconomica c. aliis aliquot ex Plutarcho, Proclo et Alexandro Aphrodis. Commentatt. Basil. ap. Ioa. Vualder.

Exemplum maximam partem purum, satisque bonae conditionis.

1859. Dionysii Halicarnassei Scripta quae extant omnia Historica et Rhetorica. Lat. edita — illa quid. per Gelenium; sed interpolata per Frid. Sylburg. ut pene noua dici queant. Vol. I. Hanou. typ. Wechel. 1615. — 24

Eiusd. Dionysii Rhetorica et Critica. Lat. Vol. II. Ibid. iisd. typis 1615.

1860. Diogenes Laertius de uitis dogmat. et apopht. clarorum philosophorum Libri X. Hesychii de iisd. lib. — Pythagor. philosophorum fragmenta. Gr. et — 6

Lat. ex edit. postrema c. Is. Casauboni nott. ad libr. Diogenis, auct. emendat. Colon. Allobrog. 1615.

Exemplum bene seruatum. Conf. Hamberg. Notit. Tom. II. pag. 568. Apographon edit. Henr. Stephani ann. 1593. octon.

1—26 1861. Dionis Cassii Historiae Rom., libr. XLVI. c. nott. Io. Leunclauii — priorum XXXIV. amissorum et posteriorum XX. libr. fragm. et ind. 1592. Francof. ap. Andr. Wecheli heredes.

Exemplum bene seruatum. Tit. tantum emendatus, at sine text. iactura. — Interpretatio proprie est Guil. Xylandri, at emendata a Ioa. Leunclauio. Dionis reliquiae sub op. finem additae gr. et lat. Conf. Hambergeri Nachr. Tom. II. p. 534.

— 39 1862. a) Epicteti Enchiridion gr. et lat. c. explanat. Thom. Naogeorgi. Argent. excud. Vuendel. Rihel. 1554.

Exemplum rarum, ut sunt omnia, quae huius editoris nomen in fronte gerunt. Vid. in primis de h. aut. vita et scriptis Ven. Am Ende Notit. in b. Strobelii Miscell. liter. Inhalts Samml. III. nr. V. pag. 109. sqq. praesertim p. 147. ibiq. not. subi.

b) Sententiae Iesu Syracidae c. explicat. D. Dau. Chytraei et ind. Witeb. 1573.

— 15 1863. a) Gemini elementa Astronomiae gr. et lat. interpr. Edone Hilderico Altorph. 1590.

Infrequens lib. Vid. Hamberg. Nachr T. I. p 417.

b) Oratio Isocratis quae inscribitur Euagoras. gr. Ibid. 1589.

c) Voluptatis ac Virtutis pugna, Comoed. trag. per Iac. Scoepperum. Norib. 1590.

15 1864. Opuscula quaedam de Re Rustica, part. collecta part. compos. a Ioach. Camerario. Edit. iterat. Norib. 1596.

1865. Herodiani Historiarum libr. VIII. c. interpr. lat. Ingolst. 1608.

1866. Herodoti Historiae libr. IX. et de uita Homeri libell. ex interpret. Laurent. Vallae etc. Francof. 1595.

Titulus libri charta addita emendatus. At text. illaesus.

1867. Ead. edit. et bonae condit. exemplum. — 13

1868. Orationes aliquot ex Herodoti, Thucydidis, Xenophontis etc. historiis collectae a Melch. Iunio Witeberg. Argent. 1586.

1869. Hesiodi Ascr. quae extant. Dan. Heinsius interpret. emendauit. Introduct. in Hesiodi philosophiam et Nott. addidit. Lugd. Bat. 1613. 3—3

Editio in recentioribus repetita quidem, nihilo minus tamen inter antiquiores tuita est et adhuc tuetur primas fere partes.

1870. Opera Iosephi omnia. Lat. Francof. ad Moen. 1588.

1871. Isocratis Scripta omnia graecolatina. Hier. Wolfio interpr. Basil. ex offic. Oporiniana. 1582. — 12

1872. Isocratis Orationes emendatiores excusae, c. eiusd. epistolis atque Harpocrationis et Suidae difficiliorum dictionum explicatione. Basil. per Mich. Isingrin. 1555. — 48

Hinc atque inde folia adlita, quaedam ad marginem notata. Ceterum bene seruatum exemplum.

1873. Isocratis Oratt. omnium Analysis. Aut. Conr. Clausero Tigur. Basil. per Ioa. Oporinum.

Optime seruatum exemplum.

1874. a) Iuliani Imp. Misopogon et epistolae, gr. lat. edit. a Petro Martinio c. eiusd. praef. de uita Iuliani. Paris. ap. Andr. Wechel. 1566.

Dolendum, hoc nostrum exemplum uetustate, uermibus, muribus a pag. 245 — 84 adeo corruptum, ut nec textus illaesus manserit.

b) Demetrii Phalerei de Elocutione gr. Paris. 1555. Ap. Guil. Morelium.

Melius quidem fatum expertum est hocce praeclarum exemplum, (ut omnia praeclara et maxumi aesti-

manda, quae ex hoc typographeio exiere). At non omnino purum reperitur, sed repletum nott. marginalibus, quae tamen magnam partem bonae frugis, aliorumque librr. lectiones exhibent, a perantiqua manu scriptae.

c) Iuliani Caes. Hymnus in Solem Regem edit. a Theod. Marcilio, gr. c. adnotatt. Paris. 1583.

Libellus ab antecedentium naeuis omnino liber et purus.

1875. Luciani Dialogi selectiores, gr. et lat. Lips. 1583.

Exemplum purum, chartaque pura scriptoria distinctum.

1876. Nonni Dionysiaca. Gr. Lat. per Eilh. Lubinum. Cum Lectt. et Coniect. Gerar. Falkenburgii et ind. Hanou. typ. Wechel. 1605.

Exemplum optime seruatum, paucula adnotata, verum ea optimae frugis, uti ab eo expectandum, qui hoc olim possedit, nimirum doctiss. Koeniglus, Theologus Altorf. cuius edita scripta suam loquuntur eruditionem, in pretioque adhuc sunt apud nostrae aetatis uere doctos homines. Multa, quae huius uiri immortalis diligentiae debentur, in Mscpt. latent, digna omnino, quae in lucem publicam emittantur. Nobis ipsis eiusmodi ad manus, quibus Graeci Latinique Scriptt. Vett. illustrantur.

1877. Onosandri gr. aut. de re militari commentar. in Lat. serm. conuers. a Ioach. Camerario Pabepergensi. Norib. 1595.

1878. Orphei Argonautica, Hymni et de Lapidibus Cur. Andr. Christ. Eschenbachio c. eiusd. ad Argonautica Nott. et Emendatt. Acc. Henr. Stephani in omnia et Ios. Scaligeri in Hymnos Nott. Traj. ad Rhen. 1689.

Exemplum editionis elegantiss. optimaeque praestantissimum optimeque habitum. Vid. Hamberg. Nachr. T. I. p. 36.

1879. a) Πίνδαρος. Graec. et Lat. Lat. interpretat. M. Aemilius P. Fr. Porti C. F. recognouit, repurgauit,

uit, passim illustrauit. Ap. Hieron. Commelinum A. 1598.

Editio nequaquam spernenda, quam anno post sequuta est, quae prodiit oliuâ Pauli Stephani 1599. form. quadripart.

b) Carminum Poetarum nouem, lyricae poeseωs principum, fragmenta. Nonnulla etiam aliorum. Gr. et Lat. ap. Hier. Commelin. 1598.

Sub op. finem adiectae Henr. Stephani Obseruatt. maiores in Anacreontis carmina, quas statim sequuntur notae M. Aemilii Porti, in Euripidem et aliquot Lyricorum poetarum fragmenta.

Exemplum purissimum, optimeque seruatum.

1880-82. Plutarchi Vitae parallelae, Guil. Xylandro interpr. c. annotatt. Tom. I—III. Francof. ad Moen. 1592. — 27

1883-85. Plutarchi Ethicorum s. Moralium P. I—III. Guil. Xylandro interpr. c. eiusd. Annotatt. Francof. ad Moen. 1592. — 18

1886-88. Plutarchi Moralia Opuscula. Tom. I — III. Paris. 1566. — 18

1889. 90. Les Vies des Hommes Illustres Grecs et Romains. Comparees l'une auec l'autre par Plutarque de Chaeronee: translatees par M. Iaques Amyot. Tom. I. Paris. 1600. Tom. II. ibid eod.

Vid. Hamberg. Nachr. T. II. p. 298.

1891. Plutarchi Opusculum de liberorum institutione. It. Isocratis oratt. tres. Witeb. 1595.

1892. a) De natura et effectionibus Daemonum libelli duo Plutarchi c. explicatt. et prooemio Ioach. Camerarii. In fin. Lips. typ. Voegel. 1576. 1. 5

b) Commentarius de generibus diuinationum ac graecis latinisque earum uocabulis, aut. Ioach. Camerario Pabeperg. Lips. In fin. typ. Voegel. 1576.

c) Repetitio disputationis de Lamiis s. Strigibus etc. aut. Thom. Erasto. Basil.

In fin. praefat. notatur ann. 1578.

1893. Bibliotheca histr. s. Plutarchi Vitarum illust. Virorum epitome, op. A. Vigelii. Francof. 1626. — 12

1894–96. Πολυβιου Ιϛοριων τα σωζομενα. C. interpret. Isaac. Casauboni. Iac. Gronouius recens. utriusq. Casauboni, Vrsini, Valesii, Palmerii et suas nott. adiecit. Acc. Aeneae Comment. de toleranda obsidione c. interpr. ac nott. Is. Casauboni. Tom. I. II. III. Amstel. 1670.

Exemplum edit. elegantiss. optimae ac rarae praestans ac optime habitum. Vid. Hamberg. Nachr. Tom. I. pag. 385. sq.

1897. Polybii de militia Romana libell. uers. lat. comment. perpetua et Iconibus illustrat. op. Ioa. Georg. Poeschelii. Norimb. 1731.

1898. a) Malchus de uita Pythagorae, edit. ex MSC. a Cunr. Rittershusio c. eiusd. Nott. Altorf. 1610.

Raris adnumeratur in Bibl. Kielm. P. I. 865. et ea duce in Cat. Bibl. Feuerl. P. II. p. 190. nr. 2839.

b) Pythagoricarum Sententiarum libell. collect. C. R. Altorf. 1610.

1899. Commentatio explicationum omnium Tragoediarum Sophoclis c. exemplo duplicis conuers. Ioach. Camerarii Pabeperg. c. ind. Basil. ex offic. Ioa. Oporini A. 1556. m. Aug.

Exemplum satis bene habitum et purissimum, nec adeo frequenter obuium.

1900. Sibyllinorum Oraculorum libr. VIII. gr. c. Seb. Castalionis interpret. Lat. Annotatt. Xysti Betuleii in Gr. Sibyllina oracula et Sebast. Castalionis in translat. suam. In fin. Basil. ex offic. Ioa. Oporini 1555. m. Aug.

1901. a) Publii Syri Mimi Selectae Sententiae. Dionysii Catonis disticha de moribus c. vers. gr. Planudis — c. nott. Ios. Scaligeri Lugd. Bat. 1598.

Conf. de uariis editoribus h. libelli, eiusque antiquioris ac recentioris aetatis editionibus praefationem praemissam edit. nouiss. Lugd. Bat. 1727 oct. mai.

b) A. Persii Flacci Satyrae sex. c. Comment. Ioh. Bond. Norib.

1902. a) Theognidis Sententiae graecolatinae c. dupl. ind. op. M. Wolfg. Seberi. Acc. Ioach. Camerarii Schol. gr. Lips. 1603. —

b) Ioach. Camerarii in Theognidis Sententias υπομνηματα c. nott. edit. a M. Wolfg. Sebero Lips. 1603.

De edit. secunda h. libell. optimae notae uid. Hamberg. Nachr. T. I. p. 110. 11.

1903. a) Theophrasti Notationes morum, Is. Casaubonus recens. in Lat. serm. uertit et Commentario illustrauit. Ed. noua c. indd. Brunsvig. 1659. —

b) Syntaxis graeca ex opt. autoribus collecta a M. Ioa. Neudorfio. Goslar. 1640.

c) Ioa. Posselii Syntaxis gr. Reuis. et auct. reddita op. Andr. Reyheri. Goth. 1658.

1904. Maximi Tyrii dissertationes philosophicae, c. interp. et nott. Dan. Heinsii Acc. Alcinoi in Platonem introductio. Lugd. Bat. 1614. 2.59

De hoc exemplo uid. Hamberger. Nachr. T. II. p. 419.

1905. Xenophontis memorabilium Socratis dictorum libr. IV. recens. emend. illustrauit Io. Aug. Ernesti c. ind. Lips. 1738. —12

1906. Libellus scolasticus — quo continentur, Theognidis praecepta. Pythagorae uersus aurei. Phocylidae praecepta. Solonis, Tyrtaei, Simonidis et Callimachi quaedam carmina. Coll. explicata a Ioach. Camerario Pabepergen. c. ind. Basil. In fin. 1555. — 6

c) Castrum Styrense d. i. hist. Beschreibung deſs uralten Schloſs od. Burg Steyr — aus Historien, briefflichen Vrkunden vnnd manuscriptis zusammen getragen durch Valent. Prevenhueber. Wienn in Oesterr. 1653.

3805. Mercurius Germanus praecipuarum Imperii Rom. Germanici aularum faciem modernam repraesentans — c. exhibitione Aularum Italicarum quarundam ad Imperium spectantium detectus a Sincero Germano a Lapide. Cosmopoli 1695.

3806. Genealogia Europaea Illustrium in nuce. Francof. et Lips. 1710.

3807. Periodus quadrimembris erotematum Genealogicorum authoris anonymi in §§. disposita Latinitate donata atq. opera N. Privigyei N. P. M. C. — adaucta. Witteb. 1702.

3808. a) Stam̃ Register der heutigen Röm. Kayser, wie auch in Frankreich etc. durch Henr. Hagelgans. Nurnb. 1640.

b) Das Königreich Portugal beschrieben von Ioh. Heinr. Hagelgans. Nurnb. 1641.

c) Der teutsche Fürst Arminius in seiner d. i. teutscher sprach vorgestelt d. Ioh. Heinr. Hagelgans 1640.

Addita mappa geographica huic opusculo, quod in duas se diuidit partes et duplici adpendice gaudet.

3809. Das Durchlauchtige Europa. 1699.

3810. Antichambre der vornehmsten Höfe Europens — mit denen Herzogen Teutschlandes — von L. E. Leipz. 1718.

3811. Iac. Perizonii dissertatio de aere graui ut et responsio ad epistolas Andr. Morellii V. C. de uariis familiarum rom. nummis ex Vrsino et aliis. Lugd. Bat. 1713.

Exemplum opusculi rari atque, ut h. autoris omnia, elegantis admodum, praestans.

3812. Genealogische Beschreibung aller Potentaten etc. etc. Ann. 1697.

3813. Histoire des Medailles — par Charles Patin. a Paris. 1695.

Exemplum elegans, in cuius fine adhuc occurrunt: Emblemes et Devises de la Maison royale par Charl. Patin — non sine elegantibus figg. it. duae epistolae ad Regem ann. 61. 62.

3814. Car. Patini indroductio ad historiam numismatum, antehac Gallice, nunc Lat. Amstel. 1683. Addita Ios. Mar. Suaresii de numismatis et nummis antiquis dissertatio. Ibid. eod.

Exemplum, quod sua se puritate atque elegautia cum maxime commendat.

3815. De uariis Siclis et Talentis Hebraeorum etc. Libr. II. cur. Henr. Günt. Thülem. Erfurti 1676.

3816. Einleitung zu der Herolds-Kunst — in zwei Theilen — in dieser deutschen Vbersetzung mit einem neuen Theil von der Wapen-Kunst insgemein vermehrt von Casp. Bussingio, Prof. Publ. Hamb. 1694.

3817. a) Abregé methodique des principes heraldiques — par le P. C. Franc. Menestrier. Nouvelle edit. a Lyon 1681.

b) Origine des Armoiries par le R. P. C. T. Menesrier. Ibid. 1619.

c) Origine des ornemens des armoiries. Ibid. 1680.

Opuscula rara multis ac uariis insignibus eleganter aeri incisis ornata, quorum in primis secund. lit. b. notatum opusculis perraris adcensendum, teste Catal. Neaulm. pag. 236. quem sequitur Cat. librr. rar. uniu. Suppl. Tom. II. pag. 209.

3818. Abbregé methodique des principes heraldiques ou du veritable art du Blason. Par le P. C. Francois Menestrier. a Lyon. 1675. — 3

Opusculum rarum benequę seruatum atque refertum multis insignium tabulis in aere incisis.

3819. Idem liber, verum iteratà eius atque aucta editio ann. 1677. — 24

Exemplum optime seruatum.

3820. 21. Le veritable art du blason ou l'usage des armoiries, par Fr. Menestrier. a Paris. 1674. Tom. II. ibid. eod. — 44

Additae multae insignium et figurarum tabulae aeneae non inelegantes huic nostro exemplo, bene satis seruato.

3822. Le veritable art du blason, et la pratique des Armoiries depuis leur institution par le Fr. Menestrier. a Lyon. s. ann. c. figg. — 15

3823. L'art heraldique, contenant la maniere d'apprendre facilement le Blason. Par. Msr. Baron Escuyer. Derniere edit. a Paris. 1687. c. figg. — 6

3824. La sience de la noblesse ou la nouvelle metode du Blason par le P. C. F. Menestrier, et augmentée des principales Familles du Païs - bas etc. a Paris 1691.

3325. Jeu d'armoiries des Souverains et Etats d'Europe. Par C. Oronce Fine', dit de Brianville. Huitieme edit. a Lyon.

3826. Corpusculum hist. heraldicum delineauit Ioh. Christ. Sagitr. Berlinensis. Ien. 1671. — 6

3827. Les Devises heroiques, de M. Claude Paradin Chanoine de Beaujeu, du Seign. Gabriel Symeon et autres aucteurs. a Anvers de l'imprimerie de Christph. Plantin 1567. — 12

Insertae huic opusculo multae figurae non inelegantes.

— 10 3828. Symbola uaria diuersorum Principum — et Marchionum totius Italiae. Amst. 1686.

Instructum hocce opusculum figuris nec paucis, nec inelegantibus.

3829. Symbola diuina et humana Pontificum, Imperatorum, Regum ex musaeo Octauii de Strada ciu. Rom. Acc. isagoge Iac. Typotii. Arnhemiae 1666.

Exemplum libelli elegantis praestans atque uenustum.

— 9 3830. a) Verbotene Gulden. In fin. Gedr. zu Nurnberg, bey Iohann Kramer am Geyersperg. Ann. 1557.

Titulus deest.

b) Summarischer Aufszug Keyser Ferdinandi — Newen Müntzordnung. 1560.

c) Ein new gesummirt Rechenbüchlein. Nürnb. bey Valentin Newber 1559.

d) Ain News Wegbüchlin — durch Teütschland, Niderland etc. durch Georg. Mair, teutsch. Schülmaister und Burger zu Augsp. 1563.

e) Wegweyser. In fin. Gedr. zu Nürnb. d. Hans Koler.

f) Der Bawren Kalender 1559. Der Bawren Practica in eumd. ann. Gedr. zu Nürnb. durch Valent. Neuber.

3831. Ieu d'armoiries des Souverains et estats d'Europe. Par Mr. de Brianville. a Lyon. 1672.

— 9 3832. I. D. K. Erklaerung acht kleiner Schau - Müntzen von unserm Heiland Iesu Christo und von den sieben Reichs - Ständen, welche auf dem Reichstag zu Augspurg 1530 das Evang. Glaubensbekändtnüfs unterschrieben etc.

Interpretes Latinitatis medii aeui.

In Folio.

3833–35. Glossarium ad Scriptores mediae et infimae Latinitatis, auct. Car. Dufresne, Dom. Du Cange. Edit. nova locupletior et auctior, op. et stud. Monachorum Ord. S. Benedicti e Congreg. S. Mauri Tom. I. Paris. 1733. Tom. II. ibid. eod. Tom. III. ibid. eod. Tom. IV. ibid. eod. Tom. V. ibid. 1734. Tom. VI. ibid. 1736. 55 —

Habes hic, Lector, non splendidissimum modo, sed utilissimum etiam opus, quod, multifaria lectione refertissimum, et primi autoris nomen, et eorum etiam, quorum insigni opera ac studio insigniter auctum iterata uice prodierat, iure meritoque famosissimum fecerat, imo commendarat inscribendum aeternitatis sacrario. Verum dolendum, hancce praestantissimam, imo omnibus fere numeris absolutam editionem h. eximii operis nouissimam uno laborare uitio, idque positum esse in eo, quod ne literatissimi Monachi Benedictini in hac procuranda cogitarunt de inserenda uel potius adiungenda elegantissima dissertatione eiusd. autoris de Imperatorum Constantinopolitanorum, seu de inferioris Aeui, uel Imperii, uti uocant, Numismatibus. Atat, huic defectui medelam paratam uidemus in edit. Basil. Tomm. VI. Ann. 1762. fol. max. euulgata typis itidem elegantissimis, uerum minoris formae expressa, cuius Tom. VI. in fine addita conspicitur. — Quaeris forsitan ex nobis, cuinam harum primae sint tribuendae? quaerenti tibi seposita omni mora reponendum censemus, quod ad splendorum externum, Parisiensi — quod ad absolutam

perfectionem, Basiliensi palmam esse concedendam, primasque tribuendas partes. De hocce defectu edit. Parisiensis monitos etiam literatos uidemus in Cat. Bibl. Rinq. pag. 277. nr. 2040. 41. Verum de hac editione, statim laudanda, nunc et seorsim.

3836. 37. Caroli du Fresne Domini du Cange Glossarium ad Scriptores mediae et infimae Latinitatis etc. Tomm. III. Voll. II. Francof. ad Moen. 1710. c. figg.

Eodem in loco iam longe ante nimir. ann. 1681 huius Glossarii Cangiani editio procurata, quae etiam tribus constitit Tomis, Voluminibus duobus comprehensis. Hisce duabus inserta inuenitur dissertatio, quae a Parisiensi, ut supra notatum, abest. Verum haec secunda Francofurtensis multo auctior priori illâ, ut et inscriptio eius perhibet. Et si cui non concessus usus Parisiensis uel Basiliensis, supra laudatarum editionum, satis felix ille in perlustrandis eiusmodi huc pertinentibus rebus uersabitur, quando haec ei ad manum, huiusque usus concessus.

Historiae sacrae et profanae Scriptores.

a) Lexicographi.

In Folio.

3838-43. Le grand Dictionnaire historique ou le melange curieux de l'Histoire sacrée et profane. Par Mr. Louis Moréri. Tom. I. a Basle 1731. Tom. II. ibid. eod. Tom. III. ibid. eod. Tom. IV. ibid. 1732. Tom. V. ibid. eod. Tom. VI. ibid. eod.

Exhibetur hic Lexici huius historici diffusissimi argumenti exemplum splendidum atque omni ex parte praestans. Miranda uaria nec pauca in huius autore, atque hoc eius opere unicuique non fugitiuo oculo, sed ea, qua par est, animi adtentione id consideranti euoluentique occurrunt — in illo cognitio, studium, diligentia — in hoc varietas, adcuratio, literatura, sermonis puritas, elegantia summaque facilitas. Id quod et eius continuator uno quasi uerbo in h. Lex. Tom. V. pag. 395. h. nostrae editionis, de hoc autore verba faciens, comprehendit. Vt omnia uerbulo dicamus, Bibliothecae literariae, sacrae ac profanae uicem sustinet hocce opus pretiosum, quique eo instructus degit, magno librorum aceruo alias necessariorum, non illubenter carebit. Quod ad h. op. literaturam, conferri in primis meretur ill. Meusel. Bibl. Hist. Vol. I. P. I. pag. 260—263.

3844-47. Dictionaire historique et critique: par Mr. Bayle. Tom. I. sec. edit. — augmentée par l'auteur. A Rotterdam 1702. Tom. II. ibid. eod. Tom. III. ibid. eod. — Supplement au Dictio-

naire etc. pour les editt. de 1702. et de 1715. a Geneue. 1722.

Exemplum libri famosissimi maximam partem optime quidem seruatum, sed, quod dolendum, Tom. II. titulus et sex priora folia ita comparata, ut defectu laborent, emendato quidem adglutinata charta scriptoria, at non sine textus iactura aliqua. Quod ad operis autorem, dudum in eo ab eruditissimis uiris merita laude mactata eius diffusissima eruditio, in primis eius ingenium, mirabundum sane, at non raro nimis acerbum, effusum adeo in ea saepius, quae hominibus sana ratione non carentibus sacra, ueneranda non immerito uidentur. Verum quid quaeso sacrum, uenerandum esse poterit homini, qui Scepticismi morbo laborat, cuique omnia fere dubia minusque certa dicuntur, quae aliis ab omni dubio remota a ueritateque abesse proxime uidentur? Magna igitur cautione opus erit unicuique hocce praeclarum opus euoluenti, praesertim ex adolescentum numero, ut, captus uiri ingenio, quae istud spirant, ne sectetur, amplectatur, ea contra, quae optimae sunt frugis, quorum hocce opus maxime plenum, negligat, contemnat. Verum satis de his. Editio h. op. prima, satis quidem infrequens, at hac de causa in primis laudanda, quod haud interpolata, recensetur in Cat. librr. rar. uniu. Suppl. Tom. I. pag. 187. De uariis editt. aliisque, ad historiam huius operis pertinentibus rebus dignus in primis, qui consulatur, Illustr. Meuselius in Bibl. Hist. Vol. I. P. I. pag. 264—66.

3-12 3848. 49. Allgemeines Historisches Lexicon. Aufl. 2. Tom. I. Leipz. 1722. Tom. II. ibid. eod. Tom. III. ibid. eod. Tom. IV. c. append. ibid. eodem Voll. II.

Lexici satis uulgaris, nec naeuis carentis suis exemplum optime seruatum. Ceterum conf. Meuselii Bibl. Hist. Vol. I. P. I. pag. 270.

3850.

3850 - 53. Neu vermehrtes historisch und geographisches allgemeines Lexicon — von Iac. Christ. Iselin. Tom. I. Basel. 1726. Tom. II. ibid. eod. Tom. III. ibid. eod. Tom. IV. ibid. 1727. 4 —

Exemplum optime seruatum. Vid. id. ibid. Supplementa, quae ann. 1740. Tomm. II. prodiere, desiderantur.

3854 - 57. Lexicon uniuersale historico - geographico - chronologico - poetico - philologicum. Op. et stud. Ioh. Iac. Hofmanni. Tom. I. Basil. 1677. Tom. II. ibid. eod. — Eiusd. Lexici Continuatio. Tom. I. Basil. 1683. Tom. II et III. ibid. eod. 4 —

De hoc opere, quod in Geographicis maximam quidem partem eminet, multum tamen in historiis etiam et fabulis, uirisque claris uersatur, eiusque optima editione, ab autore ipso curata, Lugd. Bat. 1698. IV. Tomm. in fol. uid. ill. Meusel. Bibl. hist. Vol. I. P. I. p. 259.

3858. Dictionnaire historique, critique, chronologique, geographique et literal de la Bibel. Par August. Calmet. Tom. I. a Paris. 1722. Tom. II. ibid. eodem. 5 —

Operis ob praestantiam ac utilitatem suam satis cogniti editio admodum elegans atque exemplum optime seruatum. Figurae operi insertae non numerosae tantum, sed et admodum nitidae inueniuntur.

b) Collectiones et singulorum Scriptt. Opera.

S e c t i o I.

I n F o l i o.

3859 — 74. Thesaurus antiquitatum et historiarum Italiae, Neapolis, Siciliae, Sardiniae, Corsicae, Melitae etc. constans rariss. praestantiss. doctiss. Scriptt. — edi olim coeptus cura Ioa. Georg. Graeuii — continuatus et ad fin. perduct. c. praefatt. 50 —

Petr. Burmanni — comprehensus Voll. XLV. Interseruntur passim Tabb. tam geograph. quam aliae c. indd. locupletiss. Lugd. Bat. 1725. Tom. II. P. I et II. ibid. 1704. Tom. III. P. I et II. ibid. eod. Tom. IV. P. I et II. ibid. 1722. Tom. V. P. I. II et III. Voll. duobus. ibid. eod. Tom. VI. Partt. IIII. ibid. eod. Voll. duobus. Tom. VII. Partt. II. Voll. duobus. ibid. eod. Tom. VIII. Partt. IV. Voll. duob. ibid. 1723. Tom. IX. Pars I - VII. ibid. eod. Voll. XVI.

Praestantissimae huius Collectionis exemplum praestans atque ab omni parte optime seruatum. Quam qui suis in scriniis seruat, possessione elegantissimorum uoluminum, ab elegantissimis, doctissimisque autoribus elaboratorum, deinque ex parte saltem ab aliis non minus doctis atque elegantibus uiris, Commentariis non spernendis, illustratorum iure optimo poterit gaudere. Recensenda hic nobis forent tam multa autt. nomina, si omnia describere nobis animus esset, ut multas eorum relatione plagulas impleremus. Verum ne tempus et chartam perdamus, aliquot laudatissimorum nominum tantum hic in tironum gratiam subiiciemus, nomina nimir. Gaudent. Merulae, Vbert. Folietae, Andr. Alciati, Galeat. Capellae, Paul. Iouii, Ioa. Bapt. Villanouae, Fel. Osii, Iust. Fontanini, Casp. Contareni, Laurent. Pignorii, Cynth. Ioa. Bapt. Gyraldi, Gabr. Naudaei, Franc. Contareni, Polyc. Palermi al. al. quorum scripta, huic collectioni inserta, huius pretium admodum augent, ea in primis, quae ab aliis uiris eruditis reuisa, notationibusque selectissimis aucta, illustrataque prodiere. Plura scire cupienti adeunda Ill. Meuselii Bibl. Hist. Vol. IV. P. I. pag. 83. sqq. Inter sumtuosa opera laudata haec collectio a b. Denisio in Memorab. Bibl. Garell. pag. 691. nr. 637.

40 — 3875 - 82. Thesaurus antiquitatum et historiarum Siciliae. Cura et stud. Ioa. Georg. Graeuii — cum praefatt. Petr. Burmanni. Vol. I. Lugd. Bat. 1723. Voll. II.

ibid. eod. Vol. III. ibid. eod. Vol. IV. ibid. eod. Vol. V. ibid. eod. Vol. VI. ibid. eod. Vol. VII. ibid. eod. Vol. VIII. ibid. eod. Vol. IX. ibid. eod. Vol. X. ibid. eod. Vol. XI. ibid. 1725. Vol. XII. ibid. eod. Vol. XIII. ibid. eod. Vol. XIV. ibid. eod. Vol. XV. ibid. eod.

Id, quod de priori collectione praestanti admodum ac splendida iam ad num. antecedentem diximus, et de hac dici iure optimo potest. Vna alteram aequat elegantia, copia, uarietate, et si priorem ornant laudatissima uariorum autorum nomina, in hac posteriori talia non erunt desideranda. Praesertim his in Tomis occurrunt non pauca, ab Hauercampio τῷ πανυ orbi erudito communicata. Et quis quaeso erit, quin literis leuiter tinctus, tale nomen ueneratione summa dignissimum, eadem prosequi se promtum paratumque ostendat? Denique omnes h. operis tomi adparent ornati nitidissimis figuris, quae, ut scriptiones animum, sic eae oculorum aciem pascunt. Ceterum uid. ill. Meusel. Bibl. Hist. l. l.

3883 - 909. Rerum Italicarum Scriptores ab ann. aerae christ. quingentesimo ad millesimum quingentesimum — ex Ambrosianae, Estensis aliarumque insignium Bibliothecarum Codicibus — Ludou. Anton. Muratorius collegit, ordinauit et Praefatt. auxit, additis uarr. Lectt. nott. tabb. geographicis, uarr. — diplomatibus, antiquo Characterum specimine figuris aen. et ind. locupletiss. Tom. I. Mediol. 1723. Tom. I. P. II. Tom. II. Eiusd. P. II. Tom. III. eiusd. P. II. 1734. Tom. IV. ibid. eod. Tom. V. ibid. 1724. Tom. VI. ibid. 1725. Tom. VII. ibid. eod. Tom. VIII. ibid. 1726. Tom. IX. ibid. eod. Tom. X. ibid. 1727. Tom. XI. ibid. eod. Tom. XII. ibid. 1728. Tom. XIII. ibid. eod. Tom. XIV. ibid. 1729. Tom. XV. ibid. eod. Tom. XVI. ibid. 1730. Tom. XVII. ibid. eod. Tom. XVIII. ibid. 1731. Tom. XIX. ibid. eod. Tom. XX. ibid. eod. Tom. XXI. ibid. 1732. Tom. XXII. ibid. 1733. Tom. XXIII. ibid. eod. Tom. XXIV. ibid. 1738. Voll. XXVII. 90 —

Muratorius eiusque Socii edendo hocce opere amplissimo elegantissimoque immortalem sibi peperere laudem, posteritatique, serae adeo, sui memoriam de meliori commendauere. Non multa solum, sed et uisu lectuque dignissima scripta, quae diu satis in Bibliothecarum puluerulentis scriniis latuerant, tandem horum uirorum non satis laudanda diligentia ex hisce tenebris protracta, conlecta, luci publicae destinata, eruditorum in gratiam atque usum typis satis nitidis expressa, figurisque admodum elegantibus ornata, notulisque ac adnotationibus copiosis, doctissimisque instructa, prodiere hac amplissima conlectione in publicum. Reperiuntur in hac multa, quae Vitas S. P. R. enarrant, multa Chronica, uitae S. Doct. Eccles. ueteris, Spicilegia historiarum, Scriptores historici ad medium aeuum pertinentes, eiusque temporis historias enarrantes illustrantesque — uno uerbo — permulta, quae Theologo, Chronologo, Historico, Geographo, Literato etc. utilissimam praestare ualent operam, praesertim ob editorum diligentiam et adcurationem, quam in hisce edendis scriptionibus omnique illustrandis modo satis superque demonstrarunt. Satis felix, qui suis in scriniis ad usum suum eiusmodi conlectionem habet ac seruat paratam. In Cat. operum sumtuosorum recensetur hoc opus a b. Denis. in Memorab. Bibl. Garell. pag. 694. nr. 651.

3910. Paul. Iouii, Nouocomens. Opera, quotquot extant omnia. P. Pernae. Typ. Basil. typis. Voll. II. 1578.

Citata haec opera uid. in Cat. Bibl. Rinq. pag. 905. nr. 7431. Exemplum purissimum et optime seruatum.

3911. Ioh. Trithemii Opera historica. Partt. II. ex Biblioth. Marq. Freheri. Francof. typ. Wechel. 1601.

Conf. not. h. uol. subiecta in Cat. Bibl. Rinq. pag. 905. nr. 7435. b. Scripta raritatis nomine notanda.

3912. a) Suidae Historica. Opera et studio Hier. Vuolfii in Latinum sermonem conuersa, nunc uero et

emendata et aucta. C. ind. Basil. ex offic. Heruag. per Eusebium Episcop. 1581.

b) Diodori Siculi Bibliothecae historicae libr. XV. c. fragmentis quibusd. Sebast. Castalione — interprete. Interiecta Dictis Cretensis et Daretis Phrygii de bello Trojano historia. In fin. Basil. per Henr. Petri, m. Aug. A. 1559.

Vtrumque exemplum omnino purum atque seruatum optime. Inter rariora uolumina haec iure meritoque recensentur, quamquam in Cat. librr. rar. uniuers. praetermissa.

3913. Ioa. Harduini Opera uaria c. indd. et tabb. aen. Amst. et Hag. Comit. 1733. 3–12

Exemplum praestans elegansque operis splendide impressi, quod non pauca continet lectu ponderatuque pernecessaria nec minus iucunda, uaria eruditionis capita adtingendo, philologiae nimir. theologiae, atque artis numismaticae. Denique commendat sese hocce opus tabulis ac figuris aeri pereleganter incisis, ad huius intelligentiam non minus pertinentibus ac necessariis. Dolendum hunc uirum literatissimum in omnibus fere scriptionibus suum ingenium, ineptis opinionibus addictum, prodidisse.

3914. Annales sacri et profani — auct. August. Torniello. Cum figg. aen. Tomm. II. Francof. 1616. — 30

Opus non ubiuis obuium, cuius argumentum intime cohaeret cum argumento Annalium Card. Baronii, ut in ipso indicatum libri titulo. Alia huius libri editio recensetur in Catal. librr. rar. uniuers. Tom. IV. pag. 200. ibique raritatis nomine insignitur. At haec nostra in hoc omissa, eadem laude dignissima, ei inserenda. Vid. I. G. Walchii Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 10. ubi et obseruatum, epitomen horum Annalium haberi in Henr. Spondani annalibus sacris. Paris. 1660. Colon. 1640. fol.

3915. a) Onuphrii Panuinii Veronens. Augustiniani Antiquitatt. Veronens. libr. VII. Patau. 1647. 1–36

Huius uoluminis titulus primumque folium charta emendatum. Cetera seruatum optime. Effigies autoris et magna figurarum copia ornant opus. De raritate testatur Cat. librr. rar. uniu. Suppl. Tom. II. pag. 253.

b) Onuphrii Panuinii Veronens. de ludis Circensibus libr. II. De triumphis lib. unus. C. nott. Ioan. Argoli et additamento Nic. Pinelli. Patau. 1642.

Exemplum libri admodum rari optime seruatum. Haec nostra editio desideratur in Cat. librr. rar. uniu. Suppl. Tom. II. pag. 253. aliâ ibi laudatâ, nimir. Venet. 1600. fol. mai. emissa, de qua et Sinceri N. Nachr. pag. 490.

3916. Rerum memorabilium — in Rep. Christiana gestarum libri V. — c. diligenti annotatione eorum, quae Sleidanus ex affectu potius, quam ueritatis studio conscripsisse depraehenditur. Interprete F. Rovero Pontano. Colon. 1559.

3917 - 19. M. Antonii Coccii Sabellici Opera omnia — repurgata et castigata — per Caelium Secundum Curionem. Tom. I. Tom. II. Tom. III. Tom. IV. Basil. p. Ioa. Heruag. 1560.

Freytag in Adparat. Tom. II. pag. 1058. de his loquitur operibus, eaque inter raritatis notâ insignienda recenset. Eius iudicium adprobando sequitur Cat. librr. rar. uniuers. Tom. IV. pag. 3. Exemplum nostrum se ab aliis optima conditione distinguit, quatuorque Voll. separatis in lectorum commodum inuenitur compactum.

3920. 21. Gesta Pontificum Romanorum a S. Petro usque ad Innocentium XI. Auct. Io. Palatio Tom. I. Venet. 1687. Tom. II. ibid. 1688. Tom. III. ibid. eod. Tom. IV. ibid. eod. Tom. V. ibid. 1690.

In Catal. Bibl. Menquen. pag. 562. raris operibus adnumeratum inuenitur hocce opus splendidum, figurisque elegantissimis ornatum. Illius autoritate ductus Cat. librr. rar. uniuers. Suppl. Tom. II. pag. 251. idem de hoc opere adfirmat. Praestans exemplum optimeque ser-

uatum. Verum obseruandum, Tom. V. pag. 10. col. 2. ubi de Innocentio XI. Pont. Rom., huiusque modestia in primis sermo breuissimis institutus, uerbula aliquot, istam in suspicionem forsitan adducentia, esse colore supraducto deleta, uerum ex parte bene restituta, ita ut facile legi queant; ut et in sequenti capite aliqua occurrunt eodem modo erasa, uerum minus bene inserta. Reliqua omnia huius nostri exempli purissima.

3922. Natalis Comitis, Veneti, uniuersae historiae sui temporis libri XXX. Cum nott. marginalibus atque annotatt. necessariis utilissimisque — duob. Indd. stud. et op. Casp. Bitschii, Hagenoensis. Argent. 1612. — 24

Exemplum libri rari optime seruatum atque omnino purum. Vid. Cat. librr. rar. uniuers. Tom. III. p. 110. in eoque cit. Bibl. Feuerlin. pag. 34.

3923 - 27. Allgemeine Schaubühne der Welt, oder Beschreibung der vornehmsten Weltgeschichte, so sich vom Anfang des 17. Jahrh. bis zum Ende desselben — sonderlich in dem Röm. Reiche — begeben — mit Anmerk. und Kpff. — von einem Mitglied des Collegii Imperialis Historici. Tom. I. Franckf. am Mayn. 1699. Tom. II. ibid. 1701. Tom. III. ibid. 1713. Tom. IV. ibid. 1718. Tom. V. ibid. 1731. 4 — 59

Verus autor huius operis historici Iob. Ludolffus esse uidetur, qui morte forsitan praepeditus id, quod exorsus fuerat, absoluere non potuit. Postea operi perficiundo absoluendoque manus alii admouere, inter quos Christianus Iunquerus, Dresdensis, qui tomos, tertium, quartum et, ni fallimur, quintum quoque addidit. Luci publicae donatum illud non sine praefamine suis posterisque temporibus admodum uenerandi Theologi, Io. Georg. Pritii. Conf. de eius autore uero in prim. eiusd. Pritii Praef. Tom. V. praemissa, pag. 3. seq. Exemplum purissimum optimeque seruatum.

3928. Iac. Vsserii Annales Vet. et Noui Testamenti. Vna cum rerum Asiatic. et Aegyptiarum Chronico, et indd. cur. et stud. A. Lubin. Acc. eiusd. Vsserii 1. Chronologia S. Vet. Test. II. Dissert. de Macedonum et Asianorum Anno Solari. Ed. tert. Brem. 1686.

Editiones, quae prodiere Londini, harum scriptionum, admodum rarae. Grata igitur mente agnoscendum Lubini studium, positum in eo, ut scriptiones hae in frequentiorem usum et in Germania typis repeterentur, dignae omnino, quae diligenter consulantur. Verum omnibus hisce editt. praeferenda ea, quae Geneu. 1722. fol. prodiit, c. breuiori praefatione Io. Clerici, quoniam non splendidior solum atque adcuratior, uerum etiam locupletior est. Vid. I. G. Walchii Bibl. theol. sel. Tom, III. pag. 12.

3929. Regni Dauidici et Salomonaei descriptio geographica et historica c. delineatione Syriae et Aegypti — auct. Ioh. Matth. Hasio. Norimb. 1739.

3930. Historia genealogica D. N. Iesu Christi — tribus librr. expressa. Stud. et op. Syluestri Steier Leouallae. Cui addita Sacr. Bibliorum synopsis. Francof. excudeb. typis Nic. Bassaei 1594.

De raritate huius libri testimonium perhibent Bibliographi. Vogt. pag. 644. Bibl. Salthen. pag. 534. Cat. librr. rar. uniu. Tom. IV. pag. 113. Goetzii Memorab. Bibl. Dresd. Tom. I. pag. 307.

3931. Itinerarium et Chronicon totius sacr. Scripturae in duos Tomm. distributum. Acc. tract. in Iosuam de distributione terrae Canaan et Libellus de ponderibus, mensuris et monetis, quae in sacris occurrunt. Aut. M. Henr. Buntingo. Magdeb. 1598.

3932. Itinerarium S. Scripturae d. i. Ein Reisebuch über die gantze heil. Schrifft in zwey Bücher getheilet — durch M. Heinr. Bünting. M. Vorr. D. Mart. Chemnitii. Magdeb. 1600.

Vid Le Long. Bibl. sacr. Tom. II. Ed. Paris. 1723. fol. pag. 657. et conf. I. G. Walchii Bibl. theol. sel. Tom. IV. pag. 338. not. ***

3933. a) חתן Inane, i. e. Bibliotheca Historiae Sacrae. Auct. Christ. Schotano. Franeq. 1660. — 15

b) Historia Sacra et Prophana. Comprehensa duobus libris. Auct. D. R. B. c. ind. Amst. 1669.

Exemplum utrumque praestans et optime seruatum. Schotanus aliis et inclaruit scriptis, quae notata cognoscere licet in Walchii Bibl. theolog. sel. In prim de hoc nostro scripto uid. id. in eadem Bibl. Tom. III pag. 47. ubi istud praesertim non sine notatione dimittitur, autorem ordinis atque delectus fuisse negligentiorem.

3934. Ad Historiam ecclesiasticam N. T. introductio per tabb. synopticas adornata — accur. M. Ioh. Stübnero. Norimb. 1684.

3935. Vitae Sanctorum d. i. Leben, Geschicht, Marter vnd Todt der Furnembsten Heyligen von Laurent. Surio und Franc. Haraeo in Lat. beschriben — in die Teutsche Spr. übers. durch Valent. Leuchtium. Ed. tert. Cölln. 1660. — 30

3936. a) Calendarium Sanctorum et Historiarum, in welchem alle Heiligen und Mertyrer — nach Ordnung der Tage beschrieben — colligirt durch Andr. Hondorff 1573. In fin. Gedr. zu Leipz. d. Iac. Berwaldts Erben. — 36

Calendario huic magna chartae scriptoriae copia inserta, in qua multa ad historiam antiquiorum temporum pertinentia citata. Verum indicis folia aliquot deesse uidentur. In libri fronte scriptum legitur — Haereticus Liber —

b) Geistlicher Herbarius oder Kreuterbuch — durch Wilh. Sarcerium. Prtt. III. Franckf. am Mayn 1573.

3937. Compendium Annalium Ecclesiasticorum Card. Caesaris Baronii — auth. V. P. August. Sartorio et continuatore V. P. Eustachio Ianka. Pragae 1736. — 29

Edit. operis auctior atque emendatior illa, quae Norimb. 1733. octon. prodierat. Vid. I. G. Walchii Bibl. theol. sel. Tom. III. p. 148. nr. VIII.

3938. Is. Casauboni de rebus sacris et eccles. exercitationes XVI. ad Card. Baronii Prolegomena in Annales, et primam eorum partem — Lond. 1614.

Editio operis doctissimi, aduersus Baronium a doctissimo Casaubono compositi emissique omnium optima et elegantissima, at rara admodum, nostris certe in terris. Dolendum, exemplum nostrum sub finem exercit. XVI. a pag. 771. reperiri mancum. Index integer et libri reliqua pars optime constituta. De hac nostra, et de reliquis editt. ut et de occasione scribendi, fatisque scripti operis atque editi conf. I. G. Walchii Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 152. sq. ab eoque infra in nott. laudati scriptt.

3939. Pontifex Romanus, s. de praestantia, officio, auctoritate, uirtutibus — rebusque praeclare gestis S. P. commentarius Abrah. Bzouii. Colon. Agripp. 1619.

Opus raro quidem obuium, — uerum, quod ad argumentum, parui momenti exiguaeque utilitatis. Vid. Io. Georg. Walchii Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 530.

3940. Oratio pro D. Ivone — dicta a Matth. Theoph. Fux. Vienn. Austr. 1741.

3941 – 44. Annales ecclesiastici auct. Caesare Baronio. Tom. V. Edit. nouiss. ab ipsomet ante obitum aucta et iam denuo recognita. Colon. Agripp. Ann. 1624. Tom. VI. ibid. eod. Tom. VII. ibid. eod. Tom. VIII. ibid. eod. Tom. IX. ibid. eod. Tom. X. ibid. eod. Tom. XI. ibid. eod. (in cuius tit. fine scriptum — e Bibliotheca Vorburgiana) Tom. XII. ibid. eod. (add. eadem nota manuscripta in tituli fine).

Hi sunt Tomi operis, rerum copia abundantis, ab ipso Baronio non sine partium studio elaborati. Mirandum opus, miranda diligentia, per tot annorum decursum, per tam multa, quae autori euoluenda, perlegenda, summa cura cum aliorum scriptis conferenda, combinanda, in suum suaeque ecclesiae usum commodum-

que disponenda, conuertenda, in chartam coniicienda — nequaquam fatigata, suppressa, abiecta. Veritati quod si litare uoluisset autor uere magnus, opus non satis laudandum, non mirandum satis post se reliquisset, seramque posteritatem ad gratissimae mentis adfectum manibus eius debitum numquam abiiciendum sibi certo certius deuinxisset. — Verum enimuero, ut nunc opus comparatum, in quo mala mixta bonis, uera fucatis, istud euoluenti magna cautione opus uidetur, ne decipiatur, nubemque pro Iunone amplexetur. — Conferendi in primis, qui contra Baronium, armis adreptis, uiriliter insurrexere, eumque falsi erroris que non sine solidis adlatis argumentis rationibusue arguere. De his consulendus praesertim Io. Georg. Walchii Bibl. theol. selecta, Tom. III. in quo talia huc pertinentia scripta late saepius recensentur. — De uariis h. op. editt. uidendus I. G. Walchius in Bibl. theol. select. Tom. III. pag. 143. seq. ubi inter alia de hac nostra, eam ad Moguntinae, 1601. duodecim uoll. emissae, ab ipsoque autore adprobatae, normam esse compositam. Luculentissima omnium, quae Luccae ab ann. 1738 tomm. 34 fol. prodiit, simul et splendidissima. Quod ad nostram, dolendum, eam primis tomis quatuor esse destitutam, itaque comparatam, ut omnino puram hanc dicere non ualeamus. Etenim per omnes fere reliquos nobis tomos multa hinc atque illinc adlita, multa textui calamo addita in supplementum uel potius autoris correctionem. — De Baronii Annalibus, eorum Continuat. ac Epitomatore Spondano conf. quoque Denis. in Memorabilib. Bibl. Garell. pag. 687.

3945 - 48. Annalium ecclesiasticorum post Caes. Baronium Tom. XIII. auct. R. P. Fr. Abrahamo Bzovio, Polono, S. Theol. Doct. Colon. Agripp. 1616. Tom. XIV. auct. eod. Ibid. 1618. c. adpend. ann. 1621. Tom. XV. auth. eod. Ibid. 1622. Tom. XVI. auth. eod. Ibid. 1624. in: A xoriz 16:

Abrah. Bzouius continuauit Baron. Annalium opus ab ann. 1199 ad 1564. idque fecit octo tomis huic additis. Verum de his quatuor tantum possidemus, reliqui desiderantur. Vid. id. Walch. Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 148. 49. ubi de uariis editt. et in pr. de eo, quod in Bzouio iure meritoque reprehendendum. Vid. et Denis. libr. et loc. modo laud. ad praecedent. numer.

3949. Tom. VII. De probatis Sanctorum historiis — in quem relatae sunt omnes illae historiae, quae ad sec. VI. Tomm. editionem accesserunt etc. nunc primum op. et stud. F. Iac. Mosandri Carthusiani collectae. Col. Agripp. 1581.

2 — 20 3950. Columnae militantis ecclesiae, s. sancti et illustres uiri — aen. figg. excusi, elogiis dilucidati. Sumpt. Viduae Christoph. Weigelii, ciu. Norimb. 1725.

Exemplum optime seruatum.

3951. Historia eccles. c. parallelismo profanae. Tomm. II. auth. Wolfg. Iaegero. Hamb. 1709.

3952. Kirchenhistoria, darinnen ordentlich vnd mit höchstem vleifs beschrieben werden die geschicht der Kirchen Christi — durch etliche Gottfürchtige Menner zu Magdeburg. Gedr. zu Ihena.

In hoc uolumine tres tantum continentur Centuriae.

3953. Octaua Centuria ecclesiasticae historiae, continens descriptionem amplissimarum rerum in regno Christi, quae octauo post eius natiuitatem seculo acciderunt — in ciuitate Vuismaria per autt. contexta. Basil. per Ioañes Oporinum et Heruagium.

Reliquae operis notissimi partes desiderantur.

— 30 3954. Heinr. Anshelms von Ziegler und Kliphausen täglicher Schau-Platz der Zeit. Leipz. 1695.

Exemplum optimae conditionis.

3955. Ecclesiastica Historia — congesta per aliquot studiosos et pios uiros in urbe Magdeburgica. Basil. per Ioa. Oporinum 1559.

Adsunt tantum nostris in scriniis prima et secunda Centuriae praeter iam supra adductam octauam, operis,

cuius editio originalis prima dudum satis rara. Procurrit opus uniuersum usq. ad ann. 1574. tredecim Centuriis s. Voll. Vid. I. G. Walchii Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 121.

3956. Petr. Suauis Polani Historiae Concilii Tridentini Librr. VIII. Ex Italicis summa fide et accuratione Latini facti. August. Trinobantum 1620.

Exemplum libri ob elegantiam et, quod magis est, ueritatis studium autoris dudum inter eruditos magno in pretio habiti, omnino purum atque ita integrum, ut omni destituatur sectura. De uariis editt. h. tralationis lat. huiusque uariis autt. legatur I. G. Walchii Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 858. ut alios bene multos Bibliogr. taceamus.

3957. 58. Istoria del Concilio di Trento scritta dal Patre Sforza Pallauicino. Part. Prima. In Roma 1656. P. seconda. Ibid. 1657. Voll. II.

De hoc scriptore Pontificio eiusque scripto uide, quae b. Walchius late satis disputauit in Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 861—63. aliosque Bibliographos ibidem in nott. laudatos.

3959-61. Magnum Oecumenicum Constantiense Concilium, VI. Tomm. comprehensum Op. et lab. Hermanni von der Hardt. Tom. I. Helmst. 1700. Tom. II. Francof. et Lips. 1697. Tom. III. ibid. 1698. Tom. IV. ibid. 1699. Tom. V. ibid. eod. Tom. VI. ibid. 1700. Voll. III.

Hoc opus praeclarum uid. descriptum in I. G. Walchii Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 846. Sub tom. 7 nomine prodiit G. Christ. Bohnstedtii Index generalis Berol. 1742. fol., qui tamen nostris in scriniis desideratur.

3962. Istoria universale di tutti i Concilii generali, e particolari celebrati nella chiesa, di Marco Battaglini. Tom. I. Sec. Ediz. In Venez. 1689. Tom. II. ibid. eodem. 1 — 50

Exemplum optime seruatum libri inter rariores referendi. Conf. Widekindi Verzeichnis von rar. Büch. pag. 330. Clem. Tom. II. p. 493. qui in primis nostram editionem recenset. In Cat. librr. rar. uniu. Suppl. Tom. I. pag. 184. opus infrequens dicitur. Opus istud ex conciliorum uoll. a Surio, Binio et Labbeo editis, nec non ex Baronio, eiusque continuatore atque epitomatore, Spondano, compositum esse, obseruat I. G. Walchius in Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 840.

3963. Canones Conciliorum omnium, qui a primo Apostolorum Concilio, usque ad postremum sub Eugenio IV. P. M. celebratum, a S. Patribus sunt constituti Ioa. Sagittario Burdegalensi collectore. c. ind. Basil. per Ioa. Oporin. In fin. Ann. S. 1553. m. Septembri.

Exemplum purum omnino atque sine omni fere labe.

— 24 3964. Accessiones nouae ad historiam ecclesiasticam et ciuilem s. Collectio noua Scriptorum ecclesiasticam et ciuilem ut et Concilii Tridentini historiam illustrantium. Cur. Car. Ludou. Hugo, qui et nott. adiecit. Francof. ad Moen. 1744.

Exemplum purissimum, fere nouum atque sic integrum, ut omni careat sectura.

2 — 12 3965. Vera historia Vnionis non uerae inter Graecos et Latinos. S. Concilii Florentini exactissima narratio, gr. scripta per Syluestr. Sguropulum — qui Concilio interfuit. Cum uers. lat. et nott. Robert. Creyghton. Hag. Comitis. 1660.

Exemplum libri satis infrequentis optime seruatum. In Bibl. Salthen. pag. 43, eaque duce in Cat. librr. rar. uniu. Tom. IV. pag. 72. hicce liber utpote rarus laudatur atque praeclarus. Vid. quoque Baumgart. Nachrichten von merkwürdig. Büchern Vol. VI. pag. 497. et Ioa. Georg. Walchii Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 852.

— 48 3966. 67. Gottfr. Arnolds unparteyische Kirchen - und Ketzer - Historie. Tom. I et II. Franckf. am Mayn. 1700. Tom. III et IV. ibid. eod. Voll. II.

Optime habitum libri exemplum, cuius autor laudatur ab his, culpatur ab illis. De hocce opere Arnoldiano, saepius a multisque in primis ea de causa impugnato, quod patronus haereticorum, fanaticorum, enthusiastarum, aduersarium purioris doctrinae defensorum meritissimorumque Theologorum sese exhibuit monstrauitque conf. I. G. Walchii Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 129. In primis autem tenendum id, quod b. Schröckhius in elegantiss. opere Hist. eccles., lingua teutonica euulgato, de hocce autore eiusque opere tam intelligenter ab omnique partium studio aliene, iudicauit Tom. I. Einl. III. Absch. pag. 178—186. Ausg. 2.

3968. Georg. Groschii nothwendige Verthaidigung der evangel. Kirche wider die Arnoldische Ketzerhistorie — nebst vielen Original-Vhrkunden und einer ausführlichen Vorr. Ern. Sal. Cypriani. Franckf. und Leipz. 1745. — 15

In hoc uolumine autor Arnoldum studio aliis maiori atque adcuratiori oppugnasse, obseruat Io. G. Walchius in Bibl. theol selecta Tom. III. pag. 131. Conf. quoque Fischeri Leben Cyprians pag. 76. in prim. ante laud. Schroeckh. Tom. I. pag. 183.

3969. De uitis, sectis et dogmatibus omnium Haereticorum, qui ab orbe condito, ad nostra usque tempora et uett. et recentium authorum monimentis proditi sunt, Elenchus alphabeticus — per Gabr. Prateolum Marcossium, Doct. Theol. Colon. ap. Geruuinum Calenium, et haeredes Ioa. Quentel A. 1569. —

Hicce liber raritatis quidem insignis, testibus Vogt. pag. 553. Engel. Tom. I. pag. 132. Freytag. Anal. pag. 708 Cat. libr. rar. uniu. Tom. III. pag. 248. at argumenti inepti, commentorum pleni, in quo commemorantur haeretici, qui nullibi, nisi in Prateoli cerebro extitere, ut obseruat Ioa. Georg. Walchius in Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 750. Ceterum esse quoque hunce elenchum insertum in Gualterii chronico chronicor. eccles.

libr. II. p. 273. et prodiisse etiam forma quadripartita, Colon. ann. 1605 testatur id. Walch. l. laud. suffragante Bibl. Wittiana. nr. 258. — Exemplum optime seruatum.

3970. Phil. a Limborch Historia inquisitionis. Cui subiungitur lib. sententiarum inquisitionis Tholosanae. Amst. ap. Henr. Wetstenium 1692. c. figg.

In Catal. librr. rar. uniu. dicitur liber rar. ac praestantissimus. Vid. Tom. II. pag. 291. Omnia huius historiae capita, inquit Walch., in hoc libro ita tractata, ut is iure meritoque in magna uersetur existimatione. Vid eius Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 739.

3971. Commentarius de sacris Ecclesiae ordinationibus, secundum antiquos et recentiores, Latinos, Graecos, Syros et Babylonios in III. Partt. distinctus. Auth. Ioa. Morino. Paris. 1655.

Exemplum libri doctissimi optime seruatum, inter rariores referendi, quoniam in Bibliothecis amplissimis hodie saepius frustra quaeritur. Ceterum huius mentionem facit I. G. Walchius in Bibl. theol. sel. Tom. I. pag. 500.

3972. Ευχολογιον s. Rituale Graecorum — iuxta usum orientalis Ecclesiae. Interpret. lat. Glossario, aen. figg. et obseruatt. illustratum. Op. Iac. Goar. Lut. Paris. 1647.

Notum, hunc librum typis repetitum Venet. 1730. fol. At quamquam rara haec, rarior tamen ea, quae scriniis nostris seruatur, in ipsa adeo Gallia ob impressorum exemplarium nimiam paucitatem, ut testatur Rich. Simon dans la Bibl. chois. Tom. II. pag. 2. Quod ad argumentum, inter doctissima hoc scriptum merito refertur, in quo uaria eruditio, qua instructus autor de ea historiae eccles. parte, quae de Graecorum sacris ritibus exponit, optime meritus est, iud. Ioa. Georg. Walchio in Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 692. Vid. et Baumgart. Nachr. Tom. III. pag. 358. Exemplum optime quidem

quidem seruatum, titulus tantum aliquot literis priuus ob nimiam eius secturam.

3973. Histoire generale des Eglises Euangeliques des Vallees de Piemont, ou Vaudoises, divisée en deux Liures — par Iean Leger. A Leyde. 1669. 1—59

Exemplum operis praestantis ac non ubiuis obuii optime seruatum. Dignissimus hicce liber, qui legatur; fidus enim eius autor in rebus memorabilibus diligentissime memoratis. Conf. Baumg. Nachr. Tom. I. pag. 175. quique eum sequuntur I. G. Walch. Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 615. Cat. librr. rar. uniu. Tom. II. pag. 270. Additae figurae pereleganter aeri incisae.

3974. Viti Ludou. a Seckendorf Commentarius histor. et apologeticus de Lutheranismo, s. de reformatione religionis, in quo ex Ludou. Maimburgii Historia Lutheranismi — gall. edita librr. tres lat. uersi exhibentur etc. c. indd. Francof. et Lips. 1692. 2—18

Hocce opus, Burneto iam aureum, cedro et seculo dignum dictum, monumentum nominis Sequendorfiani aere perennius. Miraris, Lector, uiri eruditionem, literaturam, lectionem diffusam — Optime facis. Digna haec omnia hoc in uiro, natalium splendore atque munerum dignitate ad haec insigni, quae mireris. At noli negligere religiosum uiri illustris adfectum, qui se in omnibus fere paginis manifesto satis prodit, quem non mireris, sed imiteris potius. Ceterum conf. quae de eximio hoc opere in compendio enarrat I. G. Walchius in Bibl. theol. select. Tom. III. pag. 626 — 28.

3975. Histoire des Martyrs persecutez et mis a mort pour la verité de l'Evangile, depuis le temps des Apostres iusques a l'an 1574. Comprinse en dix Liures. Reveve et augmentee — av. deux Indd. 1582.

Ioa. Crespin. aut. s. potius impressor h. rari operis uidetur, quod optime seruatum et intus omnino purum reperitur.

3976. a) Iubilaeum, quod in Vniuers. Salisb. praes. P. Ioa. Bapt. Ebberth proposuit Ioa. Frid. Deckler. Ann. S. Iubilaeo 1700. d. mens. Decembr. Salisb.

b) Bellum in selecta ex uniuerso iure certamina diuisum, quod Praes. P. Ioa. Bapt. Ebberth Ioa. Phil. Lanius propugnauit. Ann. 1702. Salisb.

3977. a) Die seelige Bekantniſs Iesu Christi vor den Menschen wurde — in Kauffbeyren — denen Salzburger Emigranten — vorgetragen und dem Druck übergeben von Iac. Brucker. Augsp. 1732.

b) Buſs - und Fasten - Predig. Von dem HW. Fürst. u. Hernn Hrn. Leopoldo Antonio Eleutherio, Ertz-Bischoffen zu Saltzburg — vorgetragen. 1734. Saltzb.

3978. Historien der Martyrer Th. I. durch Ludou. Rabus. 1571. ut notatum in auersa tituli pagina, ubi et insigne ciuitatis Vlmensis expressum. Th. II. cui praefixa Lud. Rabi effigies, ligno incisa, titulo ipso deficiente. Adiectae figg. ligno incisae. Reliqua exempli pars bene satis seruata.

Citatur in Walchii Bibl. theol. sel. Tom. III. p. 735. ubi et de antiquioribus editt. Vol. VIII. form. quadripart.

3979. Papistische Inquisition vnd guldẽ Flüs der Röm. Kirchen — zusamen getragen von Georg. Nigrino — zum andernmahl auffs New durchsehen, gemehrt, vnd biſs in diſs 1589 Iahr — erstreckt. Darzu auch vieler Bäpst eygentliche Contrafacturen oder Anbildnussen, welche vor der Zeit Frater Onuphrius Panuinius auſsgehn lassen, gethan worden. Ann. 1589.

Edit. antiquiorem ann. 1582 indicatam uide apud Ioa. Georg. Walchium in Bibl. theol. sel. Tom. III. p. 738. Verum hanc nostram inuenies ab eod. descriptam Tom. eod. pag. 536.

3980. Monasteriorum Germaniae praecipuorum ac maxime illustrium Centuria prima. In qua Origines, Annales ac celebr. cuiusq. Monumenta bona fide recensentur. Auth. Gasp. Bruschio Egrano. Ingolstad. ap. Alex. et Sam. Vueyssenhornios fratres 1551.

Exemplum maximam partem seruatum optime. At tituli pars superior, et sub finem operis nouem huius folia sic emendata sunt chartâ adglutinatâ, ut in his, non autem in illa, textus ipse laborare admodum uideatur. De opere ipso, eiusque autore, de historia monasteriorum Germaniae bene satis merito, uid. Io. Georg. Walchii Bibl. theol sel. Tom. III. p. 567 et Sagittarii Introd. in Hist. eccles. Tom. I. pag. 559.

3981. Annalium S. Ord. Fratr. Seruorum B. Mariae Virginis a suae institutionis exordio Centuriae IV. Auct. F. Archangelo Gianio Florentino. Pars. I. Florent. 1618. In fin. additum: ap. Cosm. Iunctam.

Satis infrequens et plurimis Bibliographorum praetermissum uel potius incognitum scriptum.

3982—87. Annales Ordinis S. Benedicti. Auctore Ioh. Mabillon. Tom. I. Lutec. Paris. 1703. Tom. II. ibid. 1704. Tom. III. ibid. 1706. Tom. IV. ibid. 1707. Tom. V. ibid. 1713. c. aut. effigie. Tom. VI. ibid. 1739. 25 —

Praestans operis elegantis atque insignis exemplum, de quo obseruanda sequentia: Tomum quintum post Mabillonii obitum prodiisse c. praefat. Renati Massueti, sextum tom. operis ultimum reliquisse Mabillonium imperfectum, ad quem absoluendum Edmund. Martene se contulisse, uariaque tomis prioribus addidisse; literis hoc opus dein descriptum Luccae ab ann. 1739. usque ad ann. 1745. fol. quam editionem ob splendorem, adcurationem, accessiones Parisiensi praeferri solere; Annales omnino sic comparatos deprehendi, ut autoris industriam singularem eorumque insignem peritiam enarrent, quae ad hocce argumentum pertineant rite tractandum, atque inter monimenta ordinis S. Benedicti principem tueantur locum. Sic uere b. Ioa. Georg. Walchius in Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 588. seq. — Prior huius nostri exempli tomus habet manum b. Ern. Sal. Cypriani in fronte expressam. In frontiscipio ultimi adest

manus Abbatis alicuius, Hieronymi nomine. Omnes omnino tomi optime seruati.

3988. 89. Bullarium Casinense s. Constitutiones summorum Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum — pro Congregatione Casinensi. Tom. I. Ex Archiuis — selecta per Cornel. Margarinum. Venet. 1650. Tom. II. Tuderti. 1670.

Manus Ern. Sal. Cypriani in Tom. I. titulo iterum expressa. De eximia h. op. raritate testatur praeter Freytag. in Anal. pag. 568. etiam Cat. librr. rar. uniu. Tom. III. pag. 25. Exemplum, cui labis nihil adhaeret.

3990. De origine et progressu Monachatus ac Ordinum monasticorum — librr. VI. Rodolph. Hospiniano Tigur. auct. Tiguri, in offic. Froschou. 1588.

Exemplum libri notissimi, quamquam non adeo frequentis, optime seruatum. Vid. Reimmanni Cat. Bibl. theol. pag. 825. Inter reliqua h. aut. scripta hocce dignitate atque utilitate praestare atque hanc editionem, ut et eam, quae Geneu. 1669. fol. prodiit, integris capitibus esse locupletatam obseruat Walchius laud. iam saepius lib. Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 563.

3991. Monasticon Augustinianum. Partt. tres. Aut. Nicol. Crusenio, August. Monachii 1623. c. figg.

Libris rarioribus adnumerandus hicce, testibus Vogtio pag. 225. et aut. Cat. librr. rar. uniuers. Tom. I. pag. 233. Denique hunc optime esse seruatum, indicarique etiam a b. Walchio in Bibl. theol. sel. Tom. III. pag. 581. eos inter libros, qui de ordine S. Augustini generatim agunt, obseruatum uolumus.

3992. Fundamenta duodecim Ordinis Fratrum minorum S. Francisci etc. Auct. Petr. Marchant. Bruxell. 1657.

Exemplum libri infrequentis optime seruatum.

3993. Benedictus rediuiuus. Op. et stud. Gabr. Bucelini. Typ. Ioh. Hübschlin. 1679.

Bucelini scripta raris, imo perraris adnumeranda, dudum Bibliographis obseruatum.

3994. a) Idea S. Congregationis Helueto - Benedictinae. Anno illius Iubilaeo Seculari expressa et orbi exposita, in qua omnium eiusd. Congregationis Monasteriorum ortus, progressus; elogia et ectypa breui compendio exhibentur a Musis Sanct - Gallensibus Iubilaeo ibid. solemniter celebrato accinentibus. Typis eiusd. Principalis Monast. S. Galli per Iac. Müller 1702. c. tabb. aen. — 24

b) Theophili a Veritate fortissima O. S. B. relatio apologetica super Controuersia inter — DD. Capitulares Campidonenses Romae uertente in puncto praetensae uocis Capitularis. Ann. Chr. 1719. 6 Kal. Iul. typ. Zinghi et Monaldi, 1719.

c) Moralischer Vhrzeiger der nur I. zeiget. Oder einfältige Predig von dem gebenedeyten Eins der Helvetisch - Benedictinischen Congregation, auff ihr Iubel - Iahrs - Fest Ann. 1702. d. 14 Sonnt. nach Pfingsten. Fürgest. d. Hrn. Hrn. Maurum, Abbten defs Gottsh. Einsidlen und Visitatorem d. Congregat. Gedr. in der St. Gall. Druckerey, bey Iac. Müller.

Exempla optimae conditionis et purissima. — Quod ad ultimum — tenete risum, amici.

